Kv. VII. g. 24.

NATIONAL LIBRARY
OF SCOTLAND
EDINBURGH

Bought from the Lauriston

Castle Fund

4 Mar [illegible]

M. D. Dalglesium

Sincerum Evangelij Ministrum in amoris et gratitudinis suae erga ipsum tessivam hoc tenui ingenij sui partu et officij χαριστηριῳ propinavit Author

Rr.

ELEMENTA

LINGVÆ LATINÆ, PRÆVIA *DESPAVTERIANÆ GRAMMATICÆ*, seu Introductio ad ipsam.

Editio altera, priore auctior & limatior.

Horat. in Art. poët.

Quicquid præcipies esto brevis——

LVD. VIVES de Grammatica.

Artem hanc locupletavit diligentia, sed *obscuravit nimia, evertit minima.*

EDINBVRGI,
Ex officina *Iohannis Wreittoun* Typographi.
ANNO. DOM. 1624.

LIBELLI
SHPYNX GRAMMATICALIS.
ipſius uſum Grammaticæ ſtudioſis com-
mendans, nec niſi in ipſo, ſolutu facilis.

SOlvito Grammatice, hoc obſcuri, quod mihi reſtat,
OEdipodem te ſic exhibuiſſe teram.
Partibus ex binis, minor unâ ſum bis, utraq́,
Praxi, plura, mea, me bis habere ſcies.

EIVSDEM,
Ciconiæ beneficium ad locum natalitium CVPRVM.

VRBS nativa mihi, terno circundáta colle,
Campis, amne, loci non inamœna ſitu.
Ἀντιπελαργίας vice me tibi dedo fovendum,
Indigenæ fautrix continuare velis.
In te cretus, uti, creviq; venuſtior in te;
Pace, diu creſcas, gratia & aucta DEI:
Qui ſtudium noſtri fœcundans ubere fructu
Dotibus ingenij pignora veſtra beet.
Amen.

AD GENEROSVM DOMINVM,
DOM. IOHANNEM SCOTT,
Sereniſſ. Regiæ Majeſt. a Conſilijs in
SCOTIA ſecretis, Equitem auratum,
& Baronem de SCOTS-TARVET.

Authoris Proœmion per Octaſticon.

LVmine, Mecænas, doctæ dignare catervæ
Hæc Latiæ linguæ luſtrare Elementa benigno;
Muneris exigui Specimen, ſed mentis amicæ
Scotigenæ, indicium, ſtudijs, inſigne juventæ:
Præclara, quæ, ſi gnatus tuus indole volvat,
Promptius Aonidum replerit Nectare pectus;
Quæ patrocinio ſi tu protexeris æquo,
Invida deſpicient ſciolæ ludibria turbæ.

Aliud ad benevolum Lectorem linguæ Latinæ ſtudioſum.

OMNE feret punctum tradendo facillima paucis,
Artibus ingenuis qui rude pectus alit:
Munia cuius in hâc plena anxietate Paleſtrâ
Principia, imprimis tradere certa levat.
Pars bona profectus pueri eſt ea noſcere clara,
Dimidium facti qui benè cœpit habet.
Fingendis animis, per luſtra quaterna Tyronum,
Hoc meus inſumptus ſenſerat ardor edax:
Indè Rudimenta hæc ſunt edita denuo, Lector,
Carpere quæ noli, vel meliora dato.
In quibus, ingeniis teneris mihi, ſummaq, cura,
Labilibus Mnemis *conſuluiſſe fuit.*
Singula quâ potui concinnans dexteritate,
Sit rudibus fructus, laus ſtudijq, DEO.

R Williamſon.

ILLVSTRIS PROGENIEI,
& magnæ spei, Discipulo suo charissimo

IOANNI PRESTONIO,
Filio primogenito Dom. *IOANNIS*
PRESTON Equitis aurati, &
Baronis de Ardrie, Penni-cuike, &c.
S. P. D.

EN *tibi*, Generose Musarum Alumne, *Principiorum linguæ Latinæ (qualia Tyronibus scholæ nostræ prælegi solent) interpolationem, quindecim annorum praxi (post primam impressionem) elaboratam, tuo pueri optimæ indolis, nec minoris expectationis nomini inscriptam, & dirigendo studiorum tuorum tyrocinio dicatam; quam à me extorsit prioris editionis ex affectatâ nimis brevitate, obscuritas secundis istis curis illustrata. Cum enim Philomusõn in studijs humanioribus progressum Rudimentorum Grammaticæ prolixitatem, præceptis interim ad instituendos rudes necessarijs mutilã, & obscuritatem æquè remorari perspicerem; Elementa illa ad nostrorum captum, quanta à me fieri potuit perspicuitatis cum brevitate temperie, sine præceptionum utilium dispendio, succinctè accõmodare studui: at ita ipsorum pariter promovere profectum, dilucida primæ artis principia teneris puerorum mentibus concinnando, & simul athleticam nostram pædatribenem methodicè & compendiosè tradendo allevare, quod susceptæ operæ pretium solum duxi. Equidem ut nullius laboribus derogari velim, ita nostros hosce experientibus polliceri ausim, ipsos levamen hinc ingens (benedicente Domino) professioni suæ Grammaticali percepturos: modò cum initiandis linguæ Latinæ suæ curæ commissis, sit ut cum implendis angusti orificij fidelijs, guttatim & grada-*

tim procedant; ut primò declinandi & conjugandi formulã ex typis & exemplis iis additis dumtaxat constantem, ad trimestre, ipsis proponant; deinde exactam Compendii Etymologiæ repetitionem ab ipsis ad semestre urgeant; postmodo constructionum præcepta ad alterum trimestre spatium iis inculcent, horum q̃ omnium intelligentiam authorum Corderij Catonis Ciceronis & Erasmi prælectione & quotidianis exercitationibus ab ipsis obtineant. Sic institutos Grammaticos, præsertim tui ordinis spes est, institutionis Despauterianæ partes duas primas celerius & alacrius (praterità glossarum ejus prolixiore farragine, rudium & rimosorum ingeniorum voragine) transcursuros: ut pote qui sic valeant Compendij istiusmodi ductu Grammatices latinæ præcepta, omnia necessaria, intrà unius anni curriculum, exacte ediscere, & per alterum aut ad summum duos fructuosè in praxin redigere. Quod faxit Spirituum Sator, & fultor, tibi imprimis puello ingenuo & εὐγενεῖ (parentis scilicet eximia humanitate præcellentis filio) tuisq̃ condiscipulis intimè exopto, & ut latialis laberynthi Ariadneo hoc filo tantisper benè utamini, quoad vobis ex ejus ergastulis elapsis Ausoniæ loquelæ copia & puritate potiri detur. Omnis interea boni Authorem illum seriis precibus fatigare non desistam φιλομαθεῖς Adolescentes nostrates πολυμαθεῖς χὴ ορθομαθεῖς, i. pietatis unà cum literis humanioribus unicè studiosos reddere, & veritatis Evangelicæ lumen nobiscum & cum posteris nostris, contra Antichristi caligines, ex mera & immensa sua misericordia propter Iesum Christum Dominum nostrum continuare dignetur. Vale.

Abs tui, in studiis, profectus cupidissimo
& honoris paterni observantissimo,
R. WILLIAMSON Cuprensi.

PRæstoniæ propaginis
Germen, *Ioannes*, nobile,
Patrisq, proles primula,
Humanius quo nil viget,
Et matre natus inclyta,
Pietatis almo munere,
In carne donec degeret.
Studiis vacando gnaviter,
Virtutis horum, à limine
Puericiæ, sis æmulus
Cum lacte mores promptulè
Quos imbuis, tenaciter
Et quas capessis primitus,
Artes, manent fideliter.
Vt testa primos detinet
Recens odores firmiter,
Sic est iuventa pertinax,
Quas hausit artes liberas.
Quater suis Phœbi soror
Peragravit orbem cursibus,
Ex quo studere litteris,
Et ordini Scholastico
Occœperis te subdere:
Ætatulæ, quantum licet,
Te disciplinis imbue:
Possessio firmissima est
Scientiæ, haud emarcidis,
Fœcunda virtus dotibus.
Congratulatur maximè,
Tuis Parens conatibus,
Intelligens pignus suum,
Fœliciter luctarier.
Ipsi laborum gaudia
Cedant meorum, & cæteris
Quos edocendis liberis
Me iuverit præponere.
Nostris Iehova prosperos
Conatibus det exitus.

Amen.

ALIVD.

Ad Generosos Iohannem & Georgium Brusios *filios celeberrimi Baronis de* EARLES-HALL.

MActi animi, duce me, celsas Heliconis ad ædes,
Qui properatis iter DOMINI *duo pignora cleri,*
Difficilis salebrosa viæ dare plana sategi:
Festinate igitur Latios transire Solœcos,
Nec, nisi Pieridum superato, sistite, clivo.

QVID eſt Grammatica Latina?

Puer.

Eſt ars congrue loquendi linguam Latinam.

M. *Circà quod verſatur?*

P. Circa quatuor, literam, ut p, ſyllabam, ut *pa*: dictionem, ut *pater*, orationem, ut *Honora Patrem.*

Quot ſunt Literæ in vſu apud Latinos?

Quatuor & viginti a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z j v.

Quomodo dividuntur hæ Literæ?

In vocales ſex, a e i o u y, aſpirationis notam unam h; & conſonantes ſeptemdecim.

Quomodo dividuntur hæ conſonæ?

In liquidas quatuor l m n r: mutas octo b c d f g p q t: duplices tres x z jod: ſibilam unam s, & ſemivocalē alteram v ſic dictam; quia præfixa alteri vocali in una ſyllaba fit conſona, ovum.

Quare dicuntur x z j duplices?

Quia x valet c s, vel g s, z valet s s, j valet i j.

Quid eſt syllaba?

Eſt comprehenſio unius literæ, aut plurium ſub uno ſono, eſtq; pura, vel miſta.

Quid eſt ſyllaba pura?

Eſt quæ conſtat ex una vocali, ut a-mo, vel duabus, ut au-dio, qualis dicitur diphthongus.

Quot ſunt diphthongi?

Quinq; æ, au, ei, eu, œ: ex quibus, æ œ proferuntur a noſtris, ut ē longum.

Quid eſt ſyllaba miſta?

Eſt quæ fit ex comprehenſione vocalis, & conſonæ unius, aut plurium ſub vno ſono, ut as, ars, pars, ſtips, ſtirps.

Quid exurgit ex ſyllabis?

Dictio, quæ eſt vox articulata, & pars orationis minima ſignificativa.

Quot ſunt partes Orationis, ſeu dictionis ſpecies?

Octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpoſitio, Adverbium, Interjectio, & Conjunctio.

Quomodo dividuntur hæ partes?

In variabiles & invariabiles.

Quot ſunt variabiles, & quomodo?

Quatuor, Nomen, Pronomen, & Participium, variantur per caſus; Verbum per modos & tempora, & omnes quatuor per numerum.

Quot ſunt numeri variabilium?

Duo: Singularis rem unam proferens, ut *puer ego ſtudeo legens*: Pluralis, res plures denotans, ut *pueri nos ſtudemus legentes*.

Quot ſunt invariabiles partes, & quare?

Quatuor: Præpoſitio, Adverbium, Interjectio, & Conjunctio, ſic dictæ, quia numero ejuſq; variatione carent.

Quid convenit omnibus octo partibus Orationis?

Notatio, per quam dictio derivata diſcernitur a primitiva & compoſita a ſimplici.

PENNA quæ pars Orationis eſt?

Nomen, quia eſt dictio variata per numeros, & caſus, ſignificans rem ſine tempore.

Quotuplex eſt Nomen?

Duplex: Subſtantivum, & Adjectivum.

Pen-

Penna, quale nomen est?

Substantivum, quia verbo substare, & vulgariter cum nota proferri solet, ut *Penna volat*, *A pen flyeth.*

Quotuplex est substantivum.

Duplex Proprium & commune seu Appellativum.

Quid est Proprium.

Est Substantivum rem unam individuam demotans ut Petrus, Anna, qualia vulgarem articulum negligunt.

Quid est appellativum?

Est substantivum multis commune seu multorum appellatio ut homo, mulier.

Quid est adjectivum?

Est quod substantivo in oratione adiicitur & vulgariter sine notâ profertur: *albus*, *white*, *levis light.*

Quotuplex est adjectivum nomen.

Triplex nominale, ut *bonus*: pronominale, ut *meus*: participiale ut *factus*,

Quot sunt proprietates nominis?

Hæ quinque, numerus, casus, genus, declinatio, & notatio.

Quid dicis de numero nominum?

Nomina habent utrumque numerum prædictum: præterea quorum significatio nõ admittit alterum numerorum, & nomina numeralia, quæ carent singulari nisi unus & mille substantivum; præter etiam nomina festorum singulari carentia, & quædam oppidorum & librorum quæ omnia melius usu & Authorum lectione dignoscuntur.

Quid est casus declinabilium dictionum?

Est specialis ipsarum & mutabilis terminatio.

Quot sunt casus in utroq; numero?

Sex: nominativus cujus nota vulgariter est *an or the* Genitivus

tivus *of* Dat. *to* Accuſ. *the* Voc. *o* Ablat *bee with for from.*

Quid generaliter tenendum de caſibus?

Nominativus & Vocativus ſunt ſimiles, & hi duo caſus dicuntur recti, reliqui quatuor dicuntur obliqui: inter quos Dat. & Abl. Pluraliter ſemper ſunt ſimiles. In neutris vero Nom. Accuſ. & Vocat. ſunt ſimiles, deſinuntq; Pluraliter in a: preter cete a cetus. item plurale tēpe, mille etiam adjectivum, & hi argi ab hoc argos.

Iamquid eſt genus nominum?

Eſt diſcretio ſexus vel alioqui nominum determinatio.

Quot ſunt genera nominum?

Quinq; maſculinum quod præponit nomini hic *hee*. Fœminum hæc *ſhee*. Commune hic & hæc: Neutrum hoc *the* Omne *bic bæc boc.*

Indica generales Regulas generis Nominum?

1. Maſculina ſunt nomina denotantia ſexum marem, fluvium, ventum, & officium viri, ut hic *Petrus, pavo, piſtor, Nilus, Notus.*

2. Fœminina ſunt nomina denotantia ſexum femellum, inſulam, regionem, arborem, & officium mulieris, ut hæc *Glycerium, gallina, Samos, Egyptus, pomus, obſtetrix*: dices tamen hic *Sulmo.*

3. Communis generis ſunt ſub una voce, denotantia utrumq; ſexum diſtinctum, aut promiſcuum, ut hic & hæc *exul, incola, Elephas, anſer, grus, talpa, anguis, balæonis.*

4. Neutra ſunt omnia in um: niſi hominū propria & Elyſium coelum, quæ duo ſunt maſculina in plurali, hoc *pomum Gandavum, hæc Phanium* quia ſignificat fœminam. hi Eliſii cœli.

5. Omnis generis ſunt omnia & ſola adjectiva ex ſe, idq; vel ſub una, duabus, aut tribus vocibus.

Quæ

Quæ adjectiva ſunt trium terminationum?

Trium vocum ſunt reliqua Adjectiva in us aut er pro maſculino, a vel is pro fœminino, um vel e pro neutro: bonus bona bonum, niger nigra nigrum, campeſter campeſtris campeſtre. At cætera cæterum caret nominativi caſus ſingularis maſculino.

Quid eſt declinatio?

Eſt variatio terminationis nominum per caſus.

Quot ſunt declinationes nominum?

Quinque, Prima ut *penna*. Secunda ut *puer*. Tertia ut *labor*. Quarta ut *ſpiritus*. Quinta ut *dies*.

Quomodo dividuntur hæ declinationes?

In pariſyllabicas & impariſyllabicas.

Quot ſunt earum pariſyllabicæ, quot impariſyllabicæ & Quare ſic dictæ?

Primæ duæ ſunt pariſyllabicæ, quia earum dativus pluralis eſt parisyllabus nominativo niſi in paucis creſcentibus in genitivo: reliquæ tres nempe tertia quarta & quinta ſunt impariſyllabicæ, quia in iis dativus pluralis ſuperat nominativum ſingularem in ſyllaba.

Penna quare eſt primæ declinationis?

Quia facit genitivum & dativum ſingulares in æ.

Da typum & regulas primæ?

Nominativus ſingularis a per regulā Prima eſt fœminino-rum in a. Genitivus æ per regulam. *Patrius æ vult*. Dativus æ. *Cum terno*. Accuſat. am. *Am faciat quartus*. Vocativus a *Eſt primo quintus ſimilis*.

Ablativus a: per regulam *A ſextus donat*.

Pluraliter.

Nominativus æ. *Primus pluralis fit in æ* Genitivus arum *Genitivus in arum* Dativus is. *Tertius is poſcit tamen abus*

paucula

paucula donant, Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, Dea, ambæ.
Accuſati. as *Accuſativus pluralis in as fit* Vocativus æ *Eſt primo quintus ſimilis.*
Ablativus is. *Plnralis ſimilis terno vult ſextus adeſſe.*

Declina exemplar Primæ declinationis?

Singulariter. Nominativus hæc penna, *an pen.* Genitivo pennæ, *of a pen* Dativo pennæ, *to a pen* Accuſativo pennam, *the pen* Vocativo. O penna, *O pen.* Ablativo penna *be or with a pen* Pluraliter Nominativo pennæ, *the pens* Genitivo pennarum, *of pens* Dativo pennis, *to pens* Accuſ. pennas, *the pens* Vocativo O pennæ, *O pens*, Ablativo pennis, *be or with pens.*

An omnia primæ declinantur ut penna?

Per hanc declinationem flectuntur græcanica ta quædam maſculina in as & es & fœminina in e, quæ fœminina habent es in genitivo, en in accuſativo, e in ablativo ut hæc Penelope penelopes penelopen ab hac penelope.
Puer *quare eſt ſecundæ declinationis?* Quia facit genitivum ſingularem in i & dativum in o.

Cedo typum & regulas ſecundæ?

Singulariter Nominativus deſinit in er, ir, ur, us, um, per regulam.
Secunda declinatio eſt maſculinorum in er ir ur us, & neutrum in um.

Sub us continentur propria in eus & ſubum nomina in on, ut Orphea Orpheum vel Orphea.

Genitivus i. *I patrius ſervat.* Dativus & Ablativus o Tertius & Sextus formantur. in o. Accuſativus um *um poſcit quartus: Sed & eus, ea, propria donant.* vocativus eſt ſimilis nommativo. At nomina in us (hic) habent e. propria in ius cum filius & meus i: Deus tamen O Deus.

An omnia Secundæ habent i in genitivo & o in Dativo?

Octo

Octo habent ius in genitivo & i in dativo: alius, alter, uter, neuter, ſolus, totus, unus, & ullus, hujus, alius, alii, alterius alteri pro omni genere.

Pluraliter nominativus i *Primus pluralisſit in i.* Gen.orum *Vult patrius orum.* Dat. is *isTertius* Acc. os, *os dato quarto.* Voca. i. *Eſt primo quintus ſimilis.* Abl. is.

Pluralis ſimilis terno vult ſextus adeſſe,
In neutris primus, quartus, quintus, ſimiles ſunt,
Queis in a pluralis ſemper cum flectimus exit.

An omnia ſecundæ pluraliter ſic deſinunt?

Ambo, duo carentia ſingulari faciunt maſculinum & neutrum genus pro nominativo accuſat. & voc. plurali per o, maſculeum etiam accuſativum per os, dativum & ablativum in obus.

Cedo exemplar ſecundæ declinationis?

Singulariter nominativo hic puer, dominus, hoc calamarium *an Bairne an Maſter an Pen-horne* Ge. pueri Domini calamarii, *of the Bairne of the Maſter of pen-horne* D. puero Domino calamario, *to a Bairne, to a Maſter, to a pen-horne.* Acc. puerum Dominum calamarium, *the Bairne*, &c. Vo. o puer o domine o calamarium Abl. puero Domino calamario. Pluraliter N. hi pueri domini hæc calamaria Ge. puerorũ dominorũ calamariorũ Da. pueris dominis calamariis Acc. pueros dominos calamaria Voc. o pueri domini calamaria Abl. pueris dominis calamariis, *the Bairnes, the Maſters, the Pen-hornes:*

Declina tandem ambo duo?

Pluraliter pro Nominativo & Voc. ambo duo, ambæ duæ ambo duo Gen. amborum duorum ambarum duarum amborum duorum Dat. & Abl. ambobus duobus, ambabus duabus ambobus duobus Acc. ambo duo, ambos

duos

duos, ambas duas ambo duo.

Labor quare est tertiæ declinationis?

Quia facit genitivum in is & dativum in i.

Cedo typum & regulas tertiæ?

Tertia declinatio pro nominativo habet vndecim literas terminales a, e, o, c, d, l, n, r, s, t, x, & vigintiquatuor terminationes a latinis usurpatas, per regulã. Tertia est masculinorum in o, er, or, os, an, in, on: fœmininorum in io verbalium, item in do, go, as, es, is, x, & in duas consonas desinentium: Neutrorum in ma, e, c, l, n, r, ur, us, ut, faciens Genit. in is & dat. in i per regulam *Dans is genitivo. Tertius i prebet.*

---

* *Quæ intra lineam hanc continentur non nisi a secunda vice repetentibus Rudimenta sunt addiscenda ubi obscura planius explanantur prolixa contrahuntur & superflua expunguntur nec aliter a veteris regulis recessum est.*

Ma. * *Quæ nomina tertiæ excipiuntur a masculinis?*

Pu. Fœminina sunt caro, talio, arbor, cos, dos, sindon, Icon: Neutra sunt cadaver, huber, iter, spinter, verber, ver, & nomina leguminum in er (preter hic cucumer) denique hoc ador, cor, æquor, marmor, hoc os oris, & ossis.

Recita ordine a fœmininis excepta?

Masculina sunt ordo, harpago, cudo, ligo, as, adamas: ames, cespes, fomes, gurges, limes, merges, meridies, pes, palmes, paries, poples, stipes, trames, termes, rudes: hic aqualis axis callis, canalis, cassis (pro reti) caulis, collis, ensis fascis, follis, fustis, lapis, mēsis, orbis, piscis, postis, sanguis, torris, vectis, vermis, unguis, & in nis finita: hic chalybs, dens fons mons pons, hic bombyx calix calyx fornix, varix hic thorax frutex, latex, pollex, & si quæ alia in ax & ex: hoc vas vasis hoc æs.

Recense a neutris excepta?

Mascula sunt sol, lichen, lien, pecten, ren, splen, furfur, fœmina

minina ſunt incus, juventus palus, & pecus (udis) ſalus ſenectus, ſervitus, ſubſcus & virtus.

Obs. Nomina dubii generis Tertiæ, puer uſurparet conformiter regulæ terminationis ipſorum, uſque quo uſus uſitatius genus indicarit.

Obs. 2. Subſtantiva indeclinabilia (de quibus poſt) ſunt neutri generis cujuſcunq; declinationis fuerint.

Obs. 3. Reliquorum tertiæ declinabilium genus dignoſcitur vel ex ſua ſignificatione, ut hic aries delphis, &c. Vel ex genere generalioris nominis, quod genus ſepe ſibi aſſumunt: ut hic udo ſotularis quia intelligitur hic calceus. hæc lucar quia avis hæc, hic aprilis quia menſis hic, hic ſandix quia color hic.

Vnde formatur genitivus tertiæ ?

Genitivus in is formatur a nominativo varie, ſecundum hujus diverſas terminationes, idq; vel addendo, vel mutando, vel interponendo.

Obs. Quæ abundant terminatione obliqui caſus puer ea uſurpet in terminatione ipſorum regulari.

Iam repete breviter regulas iſtius formationis ordine Deſpauteriano?

*Semper a mittit * atis. Vertes e * per is Genitivo,*
*Addito * nis poſt o: 1 dat inis, muliebre, do, go q,*
Nemo, homo, turbo, ordo, ſic virgo & Apollo Cupido,
Vnedo fert onis: 2 carniſq. 3 Anio, Nerio, enis,
*4 Propria o * dant Græca us, reliquis o caſibus apiant.*

Davidis, halecis, lactis, mellis, lege fellis,
*Is reliqua in * l n ſibi jungunt: * on, alias tis:*
** En neutrum dat inis, pectenq, * in cen cano natum*

* ut ſcommata atis.
* cubile, lis.
* aquilonis.
* cupedo, inis.
* Dido, dus.
* ſal, ſalis.
* pax Sirenxis.

* Recapit

*par, ver is. * celeber a cer sylvester. * frater tris. * clyster teris. æquitas tatis. Phaeton tis lampas adis * labes, bis. * tapes petis. * præses præsidis * panis huius panis. * Delphis inis. * cos cotis. lepos oris corpus poris.

* Recapit is 1 : farris, 2 cordis, 3 sic hepatis effer.
* 4 Mobilia in ber, cer, ster, & imber, dant is, edemp to
5 * Fixa inter tris 6 (iter tineris, 7 Iovis & lateris dic)
* In ter greca, eris (tris mater cum patre linter)
8 Robur, oris, jecur, atq; femur, tibi prebet eburq;,

* As ti interponit : 1 Sed mas, maris 2 as dabit assis,
3 Hoc vas vasis habet, 4 Vadis hic vas, 5 antis habento
Mascula græca 6 Volunt per adis muliebria poni,

* Es mutabis in is * 1 græcus dat multa per etis
Adde quies, locuples, mansues, 2 per e tis teges exit
Et seges, interpres, præpes pariesq; abiesq;
Indiges, atq; aries, perpes, teres, ac hebes addo:
3 S in dis mutant hæres merces, quoq; pes præs
4 Æs æris 5 Cererisq; Ceres * 6 idis a sedeo orta:
7 Cetera itis (verris vatis nisi) mascula formant
Et quæ communis generis non dicta fuere

* Is remanet : 1 dat idis cuspis, lapis, addito græca
Plurima 2 dant & ios vel yos quoq;, paucula in entis:
3 Dant eris impubis cucumisq; cinis quoq; pulvis
4 * Inis in is vel in in græcum cum polline sanguis:
5 Glis gliris 6 semis semissis 7 itis Charis optat
8 Dis, lis dant (itis) Cum samnis junge Quiritem

* Os ti interponit 1 glos, flos, mos, ros, facit oris
2 Quod dedit or faciet veluti prius 3 oßis os optat
4 Os, oris 5 custos custodis 6 bos bovis 7 ois
Thos Minos & Tros capiunt quibus additur heros

* Vs tibi mittit oris: 1 pejus cum fratribus oris
2 Dant eris ulcus, olus, vellus, Venus & genus atq.

Viscus

Viscus, acus, fœdus, scelus, & cum pondere vulnus,
Munus, onus, sidus latus ac opus & vetus addo
*Et funus, rudus 3 * Loca græca feruntur in untis*
Vris cum tellus monosyllaba (uis nisi grus, sus:)
S in dis fraus laus subscusq́ palus, pecus, incus:
Vtis fœmineum reliquum omnes intercus utis dat.

** I interposito bs & ps dant genitivum*
** Dãt ibis ebs, ipis, eps, polysyllaba, 2 at aucupis aufer*

Dic hiemis, pultis, capitis: cipitis dabo proli;

Ns, & rs, s dempto tis dabit apte,
1 Dis vult glans, nefrens, capitis lens, & folium frons,
*Librique pens, concors, * a cor compostaque cuncta,*
*Vntis habento quiens, & iens, * at ab ambio ientis.*

** X in cis muta: I gis, lex, rex, frux, aquilex, grex,*
** Cum græcis multis, allobrogis, atque lelegis,*
2 Remigis, impetigis, Sic conjunx, conjugis edet:
Cetera, icis, poscunt polysyllaba in ex: nisi myrmex,
Atq́ resex, vervex, 3 senis, ectilis inque supellex,
Dic nivis, & noctis, simul 5 Astianactis, Hylactis,

Iam recita regulas reliquorum casuum Tertiæ?
** Tertius i prebet: quartus fit in em tibi casus:*
Crescentem græci per a quartum sæpe dedere:
Im sitis, & cucumis, ravis, vis, tußis, amußis,
** Multaq́ græca quibus rectus fit in is; sed & in dant.*

** Sextus e dat fixis: I (i) menses quartus in, imque,*
Al, ar, e, neutra (nisi hæc sal, nectar, far, jubar bepar)
** Mobilia i vel e dant: sed e pauper, sospes, & hospes,*
2 Quod si sit neutrum per e recti, sextus in i fit

** Hydrus, druntis. Composita a pus servant reg. simplicis & habent odis salus utis trabs abis stips stipis celebs, ibis princeps * ipis dens dentis, ars artis. * discors * abiens*

*Sphynx sphingis * Alexis, alexim, vel alexin.*

** lux luce rus rure. clemens ente vel enti,*

gigas antem vel anta antas

*Primus pluralis cum quarto es: quartus. * in as fit*
Dum per a quartus erat primus sic neutra ia ab i dat
Degener atq; vetus plus omnq; mobile in or (ra)

** Monile moniliũ.*

*Præbet * ium patrius si sextus in i fuit ante,*
Vm vigil, & supplex, opifex, dives, locuplesq;,
Mobile in or, strigilum sic artificum veterum fer,
Degener (um) concors, & inops, capio orta caputq;.

** Tempore orum as assium trabs tum septinx cium sedes sedis sedium mensis mensis mensium.*

*Præbeat * um patrius, cum sextus e possidet ante:*
As monosyllaba ium, 2 quæ consona binaq; claudit
*3 * Vncia ab orta: 4 * Velut s non crescens (juvenis sed*
Vm, proles, vates, panis, canis, hæc volucris dant)
Cor dat iumq;, cohors, caro, linter, uter, quoq; dis, lis,
Glisq;, quiris, cos, dos, os, mus, faux, nix, quoq; nox, nux;
Tertius est in ibus: bos bobus flecto boumq;.

Iam declina exemplar harum terminationum, & tertiæ declinationis?

Singulariter. Nom. hic labor, hæc lectio, hoc cubile, *an travell, an lesson, an bed.* Gen. laboris, lectionis, cubilis, *of travell, of lesson, of the bed.* Dat. labori, lectioni, cubili, *to a travell, to a lesson, to a bed.* Ac. laborẽ, lectionem, cubile, Voc. o labor, o lectio, o cubile. Abl. labore, lectione, cubili.

Plur. Nom. Acc. & Voc. labores, lectiones, cubilia. Ge, laborum, lectionum, cubilium, Dat. & Abl. laboribus, lectionibus, cubilibus.

SPIRITVS quare est quartæ declinationis?

Quia facit genitivum singularem in us, & dativum. in ui.

Da typum & regulas quartæ?

Nom. quartæ singularis habet duas terminationes, us

& u

& u per regulam. Quarta eſt maſculinorum & ſex fœminorum in us,& neutrorum aliquot in u ſingulariter indeclinabilium.

Porticus, hæc acus, atq; domus, manus,& tribus idus.

Ge. us, *us genitivus habet.* Dat. ui, *tertius optat ui.* Ac. uim, *um retinet quartus.* Voc. us aut u, *eſt primo quintus ſimilis.* Abl. u, *fit ſextus in u tibi caſus.*

Vm quarto, reliquis u caſibus optat Ieſus.

Plur. Nom. & Ac. us, *primus pluralis cum quarto us, neutra ua abundant.* Ge. uum, *Dat genitivus uum.* Dat. & Abl. ibus. *Per ibus tibi tertius exit.*

Dant ubus, arcus, acus, ficus, tribus, & lacus, artus.

Et ſpecus, atq; veru, partus, portus, quoq; quercus.

Voc. us, *eſt primo quintus ſimilis.*

Declina exemplar quartæ?

Singu. Nom. hic ſpiritus, hæc manus, hoc veru, *an ſpirit, an hand, an ſpeet.* G. *bujus* ſpiritus, manus, veru, *of an ſpirit, of an hand, of an ſpeet, &c.* Dat. ſpiritui, manui, veru, Ac. ſpiritum, manum, veru, V. o ſpiritus, manus veru. Abl. ſpiritu manu veru. Plur. Nom. hi ſpiritus, hæ manus, hæc verua, *the ſpirites, hands, ſpeetes,* Ge. ſpirituum, manuum, veruum, Dat. & Abl. ſpiritibus, manibus, verubus, Ac. & Vo. ſpiritus, manus, verua.

DIES quare eſt quintæ?

Quia facit genitivum & dativum ſingulares in ei.

Da typum & regulas quintæ?

Singul. Nom. es, Quinta declinatio eſt fœmininorum appellativorum in es. Ge. & Dat. ei, *dempta s capit i. genitvus, cum dandi caſu.* Ac. em *quartus volet em.* Voc. es, eſt primo quintus ſimilis.

Abl. e, dabo ſexto e bene. pluraliter.
N ac & V. es. Rectus cum quarto & quintopluraliter es dant Ge. erum, *Vult erum patrius*. Da. & abl. ebus, *Cum ſexto tertius ebus.* *Declina exemplar Quintæ?*
Singulariter No. hæc dies *an day*. Ge. diei. *of a day*, &c. Da. diei. Acc. diem. Voc. O dies. Abl. die. Pluraliter. Nom. Acc. & Voc. dies, *dayes*. Ge. dierum. Dat. & Abl. diebus.

An omnia nomina declinantur per unam ex his quinque declinationibus?

Quædam nomina abundant declinatione, quædam variant, quædam deficiunt.

Quid dicis de abundantibus declinatione?

Abundantia declinatione puero uſurpanda ſunt in una certa: *Declina variantia declinationem?*

1 Hoc vas vaſis eſt tertiæ declinationis in ſingulari, & ſecundæ in plurali, hæc vaſa vaſorum.
2 Hoc jugerum. Ge. jugeris vel jugeri. Dat. jugero. Acc. & Voc. jugerum. Abl. jugero vel jugere. Plur. Nom. Acc. & Voc. jugera Ge. jugerum. Dat. & Abl. jugeris vel jugeribus.
3 Nom Hæc domus, G. domi vel domus. Dat. domui. Acc. domum. Vo. o domus. Abl. domo. Plur. No. & Voc. domus. Gen. domorum. Dat. & Abl. domibus. Ac. has domos. *Quæ nomina deficiunt declinatione?*

Indeclinabilia ſunt nomina in i, & numeralia a quatuor uſq; ad compoſita a centum, cum his ſequentibus.

Pondo, neceſſe, nibil, nil, tempe, cpus, birq; nefas, fas.
Inſtar, cpoſq;, chaos, melos, addito, virus, adorq;.
Expes, quotq;, aliquot, totidem, tot, præſtoq; nequam.

Adjectiva quotæ ex his declinationibus ſunt?

Adjectiva

Adjectiva in us (præter vetus, & plus) & in er pleraq; omnia ſunt ſecundæ declinationis pro maſculino & neutro, primæ vero pro fœminino: ut *bonus, a, um, pulcher, ra, rum*: reliqua omnia ſunt tertiæ, & declinantur ut fortis, doctior, fœlix aut elemens.

Declina bonus & pulcher per caſus?

Bonus declinatur, ut *dominus, penna, calamarium*, ſuperius declinata fuere, *Gen. boni, bonæ, boni, &c. Pulcher* vero ut *Puer, penna, calamarium*. Ge. *Pulchri, pulchræ, pulchri*. Dat. *Pulchro*, &c.

Declina fortis? Singulariter.

No. *Hic & hæc fortis, & hoc forte*. G. *Fortis*. D *forti*, pro omni genere. Acc. *hunc & hanc fortem, & hoc forte*. Vo. *o fortis, & forte*. Abl. *forti*. Pluraliter.

No. Hi hæ fortes, & hæc fortia. G. fortium. D. & Ab. fortibus. Ac. & Vo. fortes, & fortia, *Declina doctior?*

Sing. N. hic & hæc doctior & hoc doctius. G. doctioris. Da doctiori, Ac doctiorem, & doctius, Vo. o doctior, & o doctius. Ab. doctiore vel doctiori. Plur. Nom. Acc, Voc. *Doctiores & doctiora*, Gen. *doctiorum*. D, & Abl. *Doctioribus*, & ſic declinantur omnia comparativa præter plus. *Declina plus?* Singu. Nom. Ac. & Voc, hoc & *o plus*. Ge. *pluris*. Abl. *pluri*. Plu *hi & hæ plures & hæc plura*. Ge. *plurium*. Dat. & Abl. *pluribus*. Ac, & Voc. *plures & plura*. Per regulam *Eſt primo numero neutrum plus, omne ſecundo.*

Declina clemens, fœlix? Singulariter.

Nom, *hic, hæc, hoc, clemens, fœlix*. Gen. *clementis, fœlicis*, Dat. *clementi, fœlici*. Acc. *hunc hanc clementem, fœlicem & hoc clemens fœlix*. Voc. *o clemens, fœlix*. Abl. *clemente vel clementi, fœlice, vel fœlici*. pluraliter.

Nom. Ac. Voc. clementes, fœlices, clementia, fœlicia, Gen. clementium, fœlicium. Dat. & Abl. clementibus, fœlicibus, atq; hæc de declinatione nominis.

Iam quæ eſt quinta & ultima proprietas nominis?

Notatio quæ reſpicit compoſitionem & derivationem nominum.

Quid primo tenendum de hac compoſitione?

Nomina componi ſolent octo modis. 1 inter ſe nomen cum nomine. ut respublica, idque vel ex duobus rectis: ut *leopardus, alteruter, jusjurandum.* 2 vel ex recto & obliquo, ut *paterfamilias*, tribunus plebis. 3 vel ex obliquo & recto: ut *plebiſcitum, juriſperitus.* 4 vel nomen componitur cum aliis partibus orationis: ut *unuſquiſq;, armiger, indoctus*, idq; vel ex duabus integris dictionibus, ſuburbanus, concolor. 5 vel ex duabus corruptis, municeps. 6 vel ex integra & corrupta: ineptus. 7 vel ex corrupta & integra: *multicolor, meridies.* 8 deniq; poteſt nomen componi ex quamplurimis: inexpugnabilis, & tale nomen dicitur decompoſitum.

Quid deinde tenendum circa hanc compoſitionem?

Pars compoſitionis quæ eſt obliquus caſus manet indeclinabilis, ut *uniuſmodi*, pars vero quæ eſt rectus caſus declinari ſolet, niſi prior pars in leopardus, puerpera, alteruter quæ nuſquam declinatur.

Quid ultimo ſciendum de hac compoſitione?

Nomen compoſitum declinat obliquos caſus, ut *ſemis* ſimplex cum retinet genus ſimplicis: ut *ſemis* habet *ſemiſſis* quia *as* habet *aſſis*, *tripus* habet *tripodis* quia *pous* pro pede habet *podis*.

Quot

Quot ſunt ſpecies derivatorum nominum?

Hæ novem. Abſtractum, comparatum, denominativum, deminutivum, numerale, Patronymicum, pronominale, verbale, & adverbiale.

Quid ſunt abſtracta?

Sunt ſubſtantiva in ra, ia, tia, ties, tas, aut do, a primitivi primo caſu in i fere orta: ut *fœtura, inſania, puerilia, conſtantia, canicies, bonitas, albedo, celſitudo, ab huic, fœtui, conſtanti, hujus albi boni cani, celſi, inſani. puĕri, a conſul etiam fit conſulatus.*

Quid ſunt comparata?

Sunt adjectiva etiam variata per gradus.

Quot ſunt gradus comparatorum?

Vulgo numerantur tres, poſitivus qui rem ſine gradu exceſſus ponit: ut *doctus, learned,* & huc ſæpe non ſpectant.

Comparativus qui deſinens in or pro communi genere, & us pro neutro, adſignificat *magis, doctior more learned.*

Superlativus qui deſinens in limus, rimus, ſimus, aut timus adſignificat maxime: *doctiſſimus, moſt learned.*

Vnde formatur comparativus?

Fit a primo caſu poſitivi in i, ei addendo or & us, ab hujus docti, doctior, doctius, ab huic forti venit fortior, & fortius.

Quomodo formatur Superlativus?

Adjectiva in lis mutant is nominativi in limus, ſic ab agilis, docilis, fit agillimus, docillimus. Adjectiva in er, pleraque faciunt inde ſuperlativum in rimus, ſic a niger, fit nigerrimus: item a plus & vetus veniunt plurimus veterrimus. Sex habent timus: citer timus, dexter timus,

ſmiſter, ſmiſtimus, intra, intimus, ultra, ultimus, exter extimus, & extremus: reliqua omnia præter anomola habent ſimus, & formari poſſunt a primo caſu in is ei addendo ſimus, ut a doctis doctiſſimus, a clementis clementiſſimus.

Quæ ſunt anomola ſeu irregularia in comparatione?

Bonus facit *melior optimus, malus pejor peſſimus, magnus, major, maximus, parvus, minor, minimus, multus, plurimus, multa, plurima, multum, plus, plurimum, inferus, infertor, infimus, poſterus, poſterior, poſtremus, pridem, prior, primus, prope, propior, proximus, juvenis, juvenior, vel junior, caret ſuperlativo, ſicut & ſenex, ſenior: anterior & temporior* carent poſitivo & ſuperlativo. Deniq; adjectiva in ius eus & uus carent formatione comparativi & ſuperlativi prædicta, ſed eorum vice adhibent magis & maxime: dices tamen aſſiduus aſſiduior, ſtrenuior, aſſiduiſſimus, ſtrenuiſſimus, piiſſumus, & pientiſſimus, a pius.

Quid ſunt denominativa?

Sunt nomina primitivi ſui modum aliquem denotantia, & quomodocunq; abeo formata: ſuntq; vel gentilia & localia, ut Romanus a Roma, cretenſis a Creta, ruſticus a rus, ſilvanus a ſilva, &c. Vel poſſeſſiva, *ut herilis ab herus, Evandrius ab Evander*, vel materialia ferreus a ferrum, ficulnus, faginus, a ficus, fagus: & cetera his paria deſinentia in aceus, alis, aris, arius, aticus, idus ilis, itius, ivus, oſus, & tus.

Quid ſunt diminutiva?

Sunt nomina peculiariter denominata, & primitivi diminutionem in eodem fere genere ſignificantia, deſinuntq; in er, cus, ellus, illus, olus, ullus, culus, & io, ut ſur-

ut ſurdaſter, equuleus, agellus, miſellus, pauillus, urceolus, regulus, lepuſculus, homuncio, id eſt, parum ſurdus, parvus equus, ager, parum miſer, parvus palus, urceus, rex, lepus, homo,

Quid ſunt numeralia?

Sunt adjectiva numerum denotantia, eumq; vel indefinitum vel finitum: quæ indefinitum numerum ſignificant dicuntnr adjectiva indefinita, ut *omnis, nullus, aliquis, nemo multus, paucus.*

Definitum numerum ſignificantia ſunt quintuplicia:

1 Cardinalia: *unus, duo, tres,* de quibus querit quot? huc raro ſpectant.

2 Ordinalia ut *primus, ſecundus, tertius, &c.* De quibus querit quotus.

3 Diſtributiva, *bini, terni, quaterni, quini, &c.* De quibus querit quoteni.

4 Multiplicativa: *ſimplex, duplex, triplex, ſimplum, duplum, quotuplex, quotuplum.*

5 Deniq; denotantia menſuram, pondus, & tempus: ut *illa, in anus, arius, imus, ennis, ſnio.* Primanus (i) primæ legionis, ſecundanus ſecundæ: primarius (i) principalis, ſecundarius panis (i) inferior. lapis centinarius (i.) centum librarum, *bimus, trimus, biennis, triennis* (i) duorum, trium annorum, *ternio, quaternio* (i) tres, quatuor nummi & &c.

Quid ſunt Patronimica?

Sunt nomina a parentum aut patriæ proprio nomine diducta, deſinuntq; vel in des & ne primæ declinationis: hic Abrámides, hæc Nerine, vel in as & is tertiæ: *hec Theſtias Theſtiadis, hæc Nereis Neriedis,* id eſt *filia Thrſtij Nerei.*

Quid ſunt pronominalia?

Sunt

Sunt adjectiva a pronominum genitivis formata, & poſſeſſionem, aut gentem denotantia, qualia ſunt hæc novem, *cujus, cuja, cujum? meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras, cujas, cujatis.*

Quæ eſt octava ſpecies nominis?

Verbalia. Hoc eſt nomina a verbis aut eorum ſupinis orta. A themate oriuntur in, en, ax, or, idus, ilis, & bilis Plurima: tegmen a tego. Audax ab audeo, candor, candidus, & candela a candeo, facilis, curabilis, a facio, curo. A ſupino primo formantur ſubſtantiva plurima in tium ſecundæ, tio, tor, & trix, tertiæ declinationis ut *ſolatium, lector, genitor, genitrix, a ſolor, lego, gigno.* A Supino ſecundo derivantur multa in ilis, itius ivus, ta, ra, ſus, tus, & tum. Et in us verbalia ſunt fere quartæ declinationis, ut *altilis, ab altu, alo, riſibilis, a riſu, rideo, factitius, ſativus a factu, ſatu, cautela, armatura, a cautu, caveo, armatu, armo, ſeptum, a ſeptu, ſepio, teſtamentum, a teſtatu, &c. Viſus, hujus viſus, viſui, monitus, hujus monitus, monitui, a video, moneo.*

Quæ eſt ultima ſpecies derivatorum nominum?

Adverbialia, hoc eſt nomina ab adverbiis orta: craſtinus, a cras, diuturnus, a diu, extraneus ab extra, heſternus, ab heri, & &c. Atq; hæc de etymologia nominis.

Ego quæ pars orationis eſt?

Pronomen quia eſt dictio variata per numeros & caſus perſonam certam ſignificans.

Quot ſunt pronomina?

Decem, ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, quis, & qui, cum ipſorum compoſitis.

Quomodo dividuntur pronomina?

In demonſtrativa, interrogativa, relativa, & reciproca.

Quid

Quid eſt demonſtrativum?

Eſt quod nomen antedictum demonſtrat: ego, tu, hic, iſte, ille.

Quid eſt relativum?

Eſt quod rem antecedentem referre ſolet, is idem, ipſe, qui.

Quid eſt interrogativum?

Eſt quod interrogationem denotat, quis? Quid? cui affine eſt uter, de duobus interrogans.

Quid eſt reciprocum?

Eſt quod ſe reflectit ad tertiam perſonam primariam quæ præceſſit: ut ſui, & inde ortum ſuus. Vt Ieſus Mariæ filius non ſe, ſed populum ſuum a peccatis ipſorum redemit.

Quot ſunt proprietates pronominis?

Sex: numerus, caſus, perſona, genus, declinatio, & notatio.

Quot ſunt numeri pronominum diſtincti?

Duo ut in nomine: ſingularis ego. tu, pluralis, nos, vos, niſi in his utriuſq; numeri obliquis ſui, ſibi, ſe, a ſe,

Quot ſunt caſus?

Sex ut in nomine: ſed ſui caret rectis utriuſq; numeri, & raro alia pronomina leguntur in vocativo præter o tu, vos.

Quot ſunt perſonæ pronominis?

Tres, prima quæ loquitur, ego, nos: ſecunda, ad quam fit ſermo, tu, vos, & omnes vocativi ſubſtantivorum: Tertia, de qua fit ſermo: ut reliqua omnia pronomina & nomina.

Cujus generis ſunt pronomina?

Pronomina ſunt omnis generis, vel ſub una terminatione: ego, tu, ſui, vel ſub tribus: ille, illa, illud, ipſe, ipſa, ipſum, iſte, iſta, iſtud, hic, hæc, hoc, is, ea, id, quis, quæ, quid, qui, quæ vel qua, quod.

Quomodo declinantur pronomina?

Peculiari modo: nã tria pr. faciũt genitivũ in i, tria proxima in ius, & quatuor ultima in jus ſyllabã: omnia vero finiunt

finit dativum in i præter hic huic.

Declina ego? Singulariter.

Nom. ego, *I.* Gen. mei. *of mee.* Dat, mihi, *to mee,* Ac. me, *mee,* Voc. caret, Abl. a me *from mee.* Pl, Nom. nos. *wee,* Gen. noſtrum, vel noſtri, *of vs.* Dat. nobis. *to vs.* Acc. nos, *vs,* Voc. caret. Abl. nobis, *be vs.*

Declina tu? Singulariter.

Nom. tu, *thou,* Gen. tui, *of thee,* Dat. tibi, *to thee,* Ac. te, *thee,* Voc. o tu *ôthou,* Abl. te *be thee,* Pluraliter. N. vos, *yee,* G[illegible]. veſtrum vel veſtri, *of you,* Dat. vobis, *to you,* Ac[illegible]os, *yee,* Vo. o vos, *ô yee,* Abl. vobis, *be you.*

[illegible]*eclina ſui?*

No. utriuſq; numeri caret. G. ſui, *of himſelfe, of themſelues.* D. ſibi, *to himſelfe, to themſelues.* Ac. ſe, *himſelfe, themſelues.* Vo. caret. Abl. a ſe, *from himſelfe, from themſelues.*

Declina ille, ipſe, iſte?

Gen. illius, ipſius, iſtius, Dat. illi, ipſi, iſti, Acc. illum, illam, illud, ipſum, ipſam, ipſum, iſtum, iſtam, iſtud. Vocat. caret. in reliquis caſibus declinantur ut *bonus.*

Declina hic? Singulariter.

Nom. hic, *bee,* hæc, *ſhee,* hoc, *this.* Gen. hujus, *of him, of her, of this.* Dat. huic, *to him, to her, to this.* Acc. hunc, *him,* hanc, *her,* hoc, *this.* Voc. caret. Abl. hoc, hac, hoc. *by him, by her, by this.* Pluraliter.

Nom. hi, hæ, hæc. *thir.* Gen. horum, harum, horum. *of thir.* Dat. & Abl. his. *to thir, and by thir.* Acc. hos, has, hæc, *thir.* Voc. caret.

Declina is? Singulariter.

Nom. is. *this man.* ea. *this woman.* id. *this thing,* G. ejus. Dat. ei, Acc. eum, eam, id. Voc. caret. Abl. eo, ea, eo. Plur. Nom. ij, eæ, ea. Gen. eorum, earum, eorum.

Dat.

Dat. & Abl. iis, vel eis. Acc. eos, eas, ea. Vo. caret.

Declina compoſitum ex is?

Nom. idem, eadem, idem. Gen. ejuſdem. Dat. eidem. *Acc.* eundem, eandem, idem. Voc. caret, Abl. eodem. eadem, eodem. ut ſimplex is.

Declina quis? Singulariter.

Nom. quis, *what hee*, quæ, *what ſhee*. quid *what thing*. Gen. cujus, *of whom*. Dat. cui. *to whom*. Acc. quem, quam. *whom*. quid. *what*. Voc. caret. *A*bl. quo, qua, quo. *by whom, by what.*

Plur. qui, quæ, *who*,& pro neutro quæ, *what things*, G. quorum, quarum, quorum. *of whom, or of what thinges.* Da. queis vel quibus. *to whom, or to what thinges.* Acc. quos, quas, quæ. *whom or what things.* Voc. caret, *A*bl. queis vel quibus. *by whom.*

Cedo & declina compoſita a quis?

Ecquis, aliquis, quiſnam, quiſquam, Gen. eccujus, alicujus, cujuſnam, cujuſquam, Dat. eccui, alicui, cuinam, cuiquam, *A*cc. ecquem, aliquem, quemnam, quẽquam, & &c. ut *quis.*

Declina qui?

Singul. Nom. qui: *the which bee*, quæ, *the which ſhee*, quod, *the which thing*. Gen. cujus, *of whoſe*. Da. cui, *to which*. *A*cc. quem, quam, quod. *the which*. Voc. caret, in ceteris declinatur prorſus ut *quis.*

Cedo & declina compoſita a qui?

Quidam, quivis, quilibet, quicunque, Gen. cujuſdam, cujuſvis, cujuſlibet, cujuſcunque, Dat. cuidam, cuivis, cuilibet, cuicunque, *A*cc. quendam, quemvis, & &c. ut *quis.*

Cujus notationis ſunt pronomina?

Pronomina omnia ſunt primitivæ, ex quibus quædam admittunt compoſitionem.

Quid

Quid dices de compositione pronominum?

Pronomina componi solent quinq; modis. 1 inter se: sic ipse adjungitur ad ego, tu, sui. & hic ad iste, ego ipse, tu ipse, sui ipsius, isthic, isthæc, isthoc, & comice isthuc. *Acc.* isthunc, isthanc, isthoc. *Abl.* isthoc, isthac, isthoc. Pluraliter generis neutri pro nominativo & Ac. isthæc, ceteris tacet.

2. Componuntur cum nomine, hujusmodi, cujusmodi.

3 Cũ præpositione cũ, cui præponũtur, mecũ, tecũ quicũ.

4 Cum adverbiis, sic is præponitur ad demum, & postponitur ad ecce. idem, eadem, idem, eccum, eccam, eccum. eccos, eccas, ecca(i,) ecce eum, eam, eos. sic ellum, ellam, ellud, id est, ecce illum, ellos, ecce illos.

5 Cum syllabicis adjectionibus componi solent pronomina: quisnam, quidam, hiccine, egomet, meatim, tute, hujusce, nostrapte culpa. Atq; hæc de pronomine.

Nunc quæ pars orationis est? Verbum, quia est dictio variata per modos & tempora, significans agere vel pati, vel esse.

Quot sunt formæ variandi verbum?

Duæ: prior forma in o, & posterior in or.

Quot verba significant esse?

Hæc quinq; sum, fio, forem, exto, & existo.

Quotuplicia verba significant agere, vel pati, seu quot sunt genera verborum?

Quinq; activum ut *verbero*, passivum ut *verberor*, neutrum ut *dormio*, neutro passivum ut *exulo*, deponens ut *hortor*.

Verbero quare est activum?

Quia desinens in o producit ex se passivum in or, & in accusativum transit ut *verbero discipulum*.

Verberor quare est passivum?

Quia veniens ab activo desinit in or, & ablativo gaudens

dens cum circumlocutione vulgariter effertur. *verberor a preceptore. I am stricken by the Master.*

Dormio quare est neutrum?

Quia in o tantum desinens, in accusativum exire non transit: ut *avis currit, dormit, sedet, stat, sedet, incubat ovis.* huc spectant etiam sum, forem, exto, exisso.

Exulo quare est neutro passivum, quare gaudeo?

Quia illud exiens ut neutrũ passive significat: exulo. *I am banished*, hoc passivum præteritum habet, gaudeo, gavisus sum; illi conformia sunt caleo, liceo, nubo, pateo, pendeo, vapulo, væneo: huic vero se conformat audeo ausus sum, fio factus sum, (licet hoc etiam passive signet) fido fisus sum, mœreo mœstus sum, soleo solitus sum.

Hortor quare est deponens, quare moror?

Quia tantum desinens in or, passivam significationem deponit utrumq; & illud active, hoc neutraliter significat. Obs: passive etiam significant deponentia, sed id tantum in participiis in us: *res oblita mihi.*

Quot sunt proprietates verbi?

Hæ sex: modus, tempus, numerus, persona, conjugatio & notatio.

Quot sunt modi in utraque forma verbi?

Sex: Indicativus qui rem indicat, *scribo.* Imperativus quo aliquid imperamus aut jubemus. *scribe tu.* Optativus quo optamus: *utinam scriberem bene.* Subiunctivus seu conjunctivus qui particulæ alicui subjungitur, *cum scribam recte.* Potentialis qui resolvitur per possũ aut debeo. *quid facias.* Infinitivus hoc est indefinitas personas & numeros habens; *scribere me, te, se, illum, nos, vos, eos.*

Quot sunt tempora verbi?

Quinq; Præsens, *I doe.* Præteritum imperfectum, *I did.* Præteritum perfectum, *I have done.* Plusquamperfectum,

I had

I had done, Futurum *I ſhall.*

In quibus modis reperiuntur hæc tempora?

Duo ipſorum reperiuntur in imperativo Præſens in a, e, i, Futurum in ato, eto, vel ito: tria tempora reperiuntur in Optativo & Infinitivo, Præſens in rem, re preteritum in ſſem, ſſe, futurum in ens vel am, urus & dus eſſe. Omnia quinq; reperiuntur in indicativo & ſubjunctivo, cui Potentialis modus voce coincidit. Obs. futurum infinitivus ex ſe non habet, ſed illud circumloquimur per participium in urus & eſſe ab o, & in dus & eſſe aut tum iri ab or.

Quæ ſunt fragmenta modi & temporis?

Gerundia tria in di, do, dum, & ſupina duo, prius in um active ſignificans, poſterius in u paſſionem fere denotans.

Quid dicis de numero & perſona verbi?

In unoquoque tempore finitorum verborum ſunt duo numeri, & in utroque numero tres diſtinctæ perſonæ niſi in imperativo cui prima ſingularis deeſt, ubi & in futuro ſecunda & tertia perſona ſingularis voce coincidunt.

Quotuplex eſt verbum reſpectu perſonæ?

Duplex perſonale ut do, & impersonale ut *oportet.*

Do quare eſt verbum perſonale?

Quia per tres perſonas conjugatur pro utroque numero, qualia ſunt omnia verba in o & or.

Oportet, quare eſt impersonale?

Quia per tertias tantum perſonas ſingulares conjugari ſolet, qualia deſinunt in t aut tur, & hæc veniunt ab activis & neutris, neutiquam vero a deponentibus.

Recenſe impersonalia in t?

Conſtat, delectat, juvat, & præſtat quoq; reſtat s

Et spectatq́, vacat: 2 decet, attinet & libet his da
Et licet, atq́ liquet, lubet, his miserebit, oportet
Pœnitet, atq́ piget, pudet, & solet, addito tædet,
Pertinet, atq́ placet, cœptum est & ferto misertum est.
3 *Accidit, & cœpit, conducit, sufficit, addo,*
Contingitq́ potest, est, inter & est, quoq́ refert.
4 *Evenit, expedit: ex his personalia legi,*

Quæ est quinta proprietas verbi?

Conjugatio, quæ est variatio temporum legitima formatione conjugatorum. De qua hæc generalia tenenda.

1 Reliqua omnia tempora presertim perfectum indicativi formantur a prima vel secunda persona thematis: a perfecto indicativi formantur tempora, in ram, rim, ssem, ro, sse.

2 Verba in or formantur ab iisdem temporibus activis veris vel fictis, addendo r ad o, ur ad t, vel mutando m in r, s in ris, us in ur, tis in mini, re in ri, deniq; pro imperativo addendo re ad activum imperativum.

An semper s mutatur in ris, re in ri?

3 Tertia conjugatio in presenti indicativi passivi mutat is in eris breve, & pro infinitivo mutat or thematis in i *legor legi, struor strui,* vel aufert or ut desinentibus in io, *quatior quati* [illegible],

4 Carent ex se verba in or perfecto idq; circumloquuntur & tempora inde orta per participiale præteritum in us & tempora verbi sum.

Quot sunt conjugationes verbi?

Quatuor Prima in o as, or aris, ut amo Secunda in eo es, eor, eris longum ut doceo Tertia in o is, or eris, breve ut lego, Quarta in io is, ior iris, longum ut audéo.

 Amo

AMO quare eſt primæ Conjugationis?

Quia ejus Thema definens in o, as, inde format infinitivum in are, & ari.

Da typum, & regulas generales primæ?

Imperfecto abam, facit as, aboque futuro.

Avi præterito ac atum petit inde ſupinum

** Non niſi ſecundo repetitibus præteriti reg. ſpeciales addiſcende ſunt.*

* 1 *Excipe do dedit atq; datum* 2 *ſtetit atq; ſtatum ſto Cuius compoſitum ſtitit atq; ſtitum capit apte* 3 *luvi iutum,* 4 *lavi lotum:* 5 *potoq; potum* 6 *Dic crepui, cubui, domui, ſonui, tonuiq; Et vetui per itum:* 7 *fricui, necui, ſecui, (ctum,)* 8 *Avi & ui plico:* 9 *nil labo:* 10 *dat micui mico tantũ*

Imperativus primæ definit in a et vel ato: ſubjunctivus in em, es, Optativus in arem.

Iam coniuga amo ſecundum has regulas & primo generaliter?

Amo, amas, amavi, ama, amem, amarem, amare, amandi, amando, amandum, amatum, amans, amaturus.

Coniuga amor generaliter?

Amor, amaris vel amare, amatus ſum vel fui, amari, andi, ando, andum, amatu, amatus, amandus.

Coniuga amo per ſingulos modos & tempora?

Indicativi Singul.

Preſ. Amo, *I loue*, amas, *thou loues*, amat *hee loues*, pl. amamus, *wee loue*, amatis, *yee loue*, amant, *they loue*,
Imperfect. Amabam, *I did loue*, &c. amabas, abat. plur. amabamus, abatis, abant.
Preſ. Amavi, *I haue loued*, amaviſti, *thou haſt loued*, amavit, *hee hath loued*. Plural.

Amavimus

Amavimus, *wee haue loued*, amaviſtis, *yee haue loued*. amaverunt vel amavere, *they haue loued*.

pluſq. Amaveram, *I had loued*. eras, erat, eramus, eratis, erant.

Futur. Amabo, *I ſhall loue*. bis, bit, bimus, bitis, bunt.

Imperativi

Preſentis. Prima perſona deeſt: ama, *loue thou*, amet, *let him loue*. Plur. Amemus, *let vs loue*, amate, *loue yee*, ament, *let them loue*.

Futur. Prima deeſt amato tu vel ille plur. emus, atote, anto.

Optativi

Pre.&im. Vtinam amarem, *O that I ſhould loue*, ares, aret. plur. aremus, aretis, arent.

Per.&pl. Amaviſſem, *O that I had loued*, iſſes, iſſet. plu. iſſemus, iſſetis, eſſent.

Futur. Vtinam amem, *O that I may loue*, es, et: plur. emus, etis, ent.

Subjunctivi & potentialis.

Preſens. Amem, *ſith I loue, or I may loue*. es, et: &c.

Imperf. Amarem, *when* I *did loue*, *or* I *might loue*, ares, aret: plu. aremus, aretis, arent.

perfect. Amaverim, *ſith* I *haue loued*, *or might haue loued*. plu. erimus, eritis, erint.

pluſqu. Amaviſſem, *when* I *had loued*, *or might had loued*. iſſes, iſſet: &c.

Futur. Amavero, *when I ſhall loue*, eris, erit: erimus, eritis, erint.

Pro infinitivo, & fragmentis.

Preſens amare, *to loue*, perfect. & pluſq. amaviſſe *to*

haue loued. Futurum amaturus vel amaturum eſſe, *to loue hereafter.* Ger. amandi, *of louing:* amando, *in louing,* amandum & amatum, *to loue.* Participium preſens amans, *louing.* Fu. amaturus, *who is to loue.*

Iam quia verbum ſum inſervit paſſivis conjugandis, & reſolvendis priuſquam iſta conjuges mihi conjuga illud?

Indicativi.

Preſens. Sum, *I am:* es, *thou art,* eſt *hee is,* Plu. ſumus, *wee are.* eſtis, *yee are,* ſunt, *they are.*

Imperfect. Eram, *I was,* eras, *thou was,* erat, *hee was.* Pl. eramus, *we were,* eratis, *ye were.* erant, *they were.*

Perfect. Fui, *I haue beene,* fuiſti, *thou haſt beene,* fuit, *hee hes beene.*

Plu. fuimus *wee haue beene,* fuiſtis, *ye haue beene,* fucrunt vel fuere, *they haue beene.*

Pluſqu. Fueram, *I had beene,* fueras, *thou had beene,* fuerat, *hee had beene.*

Plur. fueramus, *wee had beene,* fueratis, *yee had beene,* fuerant. *they had beene.*

Futurum. Ero, *I ſhall bee,* eris, *thou ſhall be,* erit, *he ſhall be.*

Plu. erimus, *wee ſhall bee,* eritis, *yee ſhall bee.* erunt, *they ſhall bee.*

Imperativi.

Preſentis prima deeſt: ſis vel es, *bee thou,* ſit. *let him bee.*

Plu. ſimus, *let vs bee,* eſte, *bee yee.* ſint, *let them bee,*

Futurum, eſto tu vel ille: plu, eſtote vos, ſunto illi.

Optativi.

Vtinam eſſem, *ô that I were,* eſſes, *ô that thou were,* eſſet, *bee were,*

Preſens. & imperf.

Plu.

Plu. eſſemus, *wee were*, eſſetis, *yee were*, eſſent, *they were*.

Perfect. &pluſq. Vtinam fuiſſem, *O that I had beene*, fuiſſes, *O if thou had beene*, fuiſſet, *O if he had bene*.
Plu. fuiſſemus, *O that wee had beene*, fuiſſetis, *yee had beene*, fuiſſent, *they had beene*.

Futurum. Vtinam ſim, *O if I may bee*, ſis, *thou may bee*, ſit, *hee may bee*.
Plu. ſimus, *wee may bee*, ſitis, *yee may be*. ſint, *they may bee*.

Subjunctivi.

Preſens Cum ſim, *ſith I am, &c.*
Imperfect. Cum eſſem, *when I was, &c.*
Perfect. Cum fuerim, *ſith I haue beene*, fueris, fuerit, fuerimus, fueritis, fuerint.
Pluſ. perf. Cum fuiſſem, *when I had beene*, fuiſſes, &c.
Futur. Futuro, cum fuero, *when I ſhall bee*, fueris, fuerit, &c.

Infinitivi

Preſens eſſe *to bee*, Perf. fuiſſe, *to haue beene*, Fut. fore, *to bee heereafter*, Gerundiis & ſupinis caret. Participii preſ. ens, *beeing*, pro futuro futurus, *who is to bee*. quod venit ſicut & preteritum fui ab antiquo verbo fio ~~fieis~~

Quomodo inſervit ſum paſſivis conjugandis?

Addendo tempora verbi ſum participio verbi paſſivi conjugandi in us, conjugantur, cujus omnia tempora preter preſentia & imperfecta omnium modorum & futurum Indicativi & imperativi: amatus, doctus, ſum vel fui, fueram, fuerim, fuiſſem, fuero, fuiſſe.

Quomodo inſervit paſſivis reſolvendis?

Omnia passivæ vocis tempora & modi resolvuntur per significationem eorundem temporum verbi sum, ut amor, docebar, legar, audirer, I *am loued*, I *was teached*, I *shall bee read*, I *should bee heard*.

Conjuga igitur amor per suos modos & tempora?

Indicativi

presens. Amor, I *am loued*, amaris vel amare, *thou art loued*, atur: plur. amur, mini, antur,

Imperf. Amabar, baris vel bare, batur, bamur, bamini, bantur.

perfect. Atus, ata, atum sum vel fui, es vel fuisti, est vel fuit, plu. ati sumus, vel fuimus, ati estis vel fuistis, ati sunt fuerunt, vel fuere.

Pluſqu. Atus eram vel fueram, tus eras, vel fueras, tus erat vel fuerat. plur. ti eramus, vel fueramus, ti eratis vel fueratis, ti erant vel fuerant.

Futur. Amabor, aberis vel abere, abitur: abimur, abimini abuntur.

Imperativi.

presens. Amare tu, ametur. plu. emur, amini, entur.

Futur. Amator tu vel ille. plu. aminor vos, antor illi.

Optativi

pre. & im. Vtinam amarer, arcris vel arere, aretur: plu. aremur, aremini, arentur.

perf. & pl Atus essem, vel fuissem, tus esses vel fuisses, tus esset, fuisset. Plu. ti essemus, fuissemus, ti essetis vel fuissetis, ti essent, vel fuissent.

Futu. Vtinam amer, eris vel ere, etur: plu. emur, emini entur.

Subjunctivi & potentialis.

Pres. amer imperf. amarer, perf. atus sim vel fuerim, tus sis, vel fueris, tus sit, vel fuerit. plu. ti simus, vel fuerimus, ti sitis, fueritis, ti sint vel fuerint. Pluſq. atus essem,

eſſem, vel fuiſſem, tus eſſes, vel fuiſſes, &c.
Fut. atus ero vel fuero, tus eris vel fueris, tus erit fuerit plu. ti erimus fuerimus, ti eritis fueritis, ti erunt vel fuerint.

Pro infinitivo & cæteris.

Preſ. amari perf. & pluſ. atus vel atum eſſe vel fuiſſe Fut. atum iri andus vel andum eſſe. Ger. amandi *of being loued*, ando, *in being loued*; andum & atū, *to bee loued* participii preteritum amatus, *loued*. Fut. amandus, *who is to bee loued hereafter.*

DOCEO quare eſt ſecundæ conjugationis?

Quia ejus thema deſinens in eo, es, inde formatur infinitivum ere vel eri longa.

Da typum & regulas reliquorum temporum?

Imperfecto ebam dat & ebo, ſecunda futuro:
Perfectum fit ab es in ui, di, ſi quoq; vi, xi
Di, ſum dant prandet, videt, & ſedet huic dato ſeſſum
Principium geminant mordet, pendet q; ſpopondit.
Et tondet: ſtridet, ſtridi facit abſq; ſupino.

Dant ſi ſum ſuadet, ridet, manet, hæret, & ardet,
Et terget, mulcet, juſſi, juſſum jubeo q;
Indulget, ſi, tum cum torquet, ſorbeo, pſi ptum
Si modo dant alget, fulget, turget, velut urget,
Emineo dat ui ſimul imminet abſque ſupino

** Vi tum dat veo: fautum, cautum, & ferbuit effer,* * *Moveo movi motum.*
Vi xi connivet, caret (ut veo neutra) ſupino,
Dant quoq; vi, tum flet, plet, delet, net, ciet, adde
*Cum vitet * ortum oleo, ſed vult adolevit, adultum* *Inoleo exolco inolevi exolevi.*

Xi, ctum, auget, luget, mulget, xi frigeo, lucet.

Habeo habui habitum, &c.

** a careo carui. a doceo, docui, &c.*

** Cætera ui per itum formant : * cassum nisi censum*
*Et * doctum, * mistum, * passum, * tentum, quoq; * tostū,*
Quod dat ui neutrum, timeoq; carento supinis,
Dant at itum caleo, doleo, lateo, liceoq;,
Et noceo, placeo, sic paret, olet, taceoq;,
Sic valitum, valiturus ai : nil polleo format.

Imperativus Secundæ conjugationis, desinit in e, eat, vel eto. Subjunctivus & potentialis in eam, eas, Optativus inerem.

Conjuga generaliter exemplar Secundæ?

Doceo, doces, docui, docere, docendi, docendo, docendum, doctum, docens, docturus.

Doceor, doceris, docere, doctus sum vel fui, doceri, docendi, endo, endum, doctu, doctus, docendus.

Conjuga doceo per singulos modos, & tempora Indicativi.

Doceo, *I teach &c.* es, et, plu, emus. etis, ent

Presens. Docebam, bas, bat: bamus, batis, bant.

Imperf. Docui, isti, it: plu. imus, istis, erunt vel ere.

Perfect. Docueram, eras, erat: plu. eramus, eratis, erant.

Plusqu. Docebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt.

Futur.

Imperativi.

Presens. Doce tu, doceat: plu. eamus, ete, eant.

Futur. Doceto tu vel ille: plu. etote vos, ento illi.

Optativi,

Presens. Vtinam, rem, res, ret: eremus, retis, erent, longa.

Perf. & plusqu. Vtinam docuissem, sses, sset: ut amavissem.

Futur. Vtinam, doceam, eas, eat: eamus, eatis, eant.

Subjunctivi & potentialis.

Presens, Doceam Imp. docerem, perf. docuerim, eris, erit, plu. docuerimus, ritis, rint,

Do-

Pluſqu. Docuiſſem. Fut. Docuero, eris, &c.

Infinitivi

Preſens. Docere, Perf. Docuiſſe, Fut. doctúrus vel doctúrum eſſe. *Obſe.*

Vulgaris hujus verbi & ſequentium conjugatio coincidit cum vulgari conjugatione verbi, Amo, & amor, & Sum.

Coniuga doceor per ſuos modos & tempora?

Preſens. Doceor, *I am taught*, &c. eris vel ere, etur: emur, emini, entur.

Imperf. Docebar, baris, vel bare, batur: bamur, bamini, bantur,

Perfect. Doctus ſum vel fui, tus es, vel fuiſti, ut amatus ſum.

Pluſqu. Doctus eram, vel fueram, &c.

Futu. Docebor eberis, vel ebere, bitur: bimur, bimini, buntur.

Preſens. Docere tu, eatur: plu. eamur, emini, eantur.

Futur. Docetor tu vel ille. plu. eminor vos, entor illi.

Optativi

Pr.& Im. Vtinam docerer, ereris, vel re, eretur, eremur, eremini, erentur.

Perf.&pl. Doctus eſſem vel fuiſſem, ut amatus eſſem.

Futur. Vtinam docear, earis vel re, eatur, eamur, eamini, eantur.

Subjunctivi & potentialis

Preſens. Docear, Imp. docerer. perf, doctus ſim vel fuerim, ſis vel fueris, ut amatus ſim.

Pluſqu. Doctus eſſem vel fuiſſem, fut. doctus ero, vel fuero, tus, eris vel fueris, ut amatus ero.

Infinitivi

Preſens

Presens doceri, perf. & plus, doctus vel doctum esse, vel fuisse, Futu. doctum iri docendus vel docendum esse.

LEGO quare est tertiæ conjugationis?

Quia ejus thema desinens in o is, inde format infinitivum in ere breve & in i pro passivo.

Indica typum & regulas reliquorum temporum tertiæ?

Imperfecto ebam facit, am, quoq; terna futuro
Es, et, habent emus, personæ temporis huius.
In xi præteritum finit vel ui, quoq; si, vi,
** Thematis aut manet hic finalis consona rite.*

**Vt scando scandi.*
** Arguo argui.*

Imperativus tertiæ desinit in e, at vel ito. Subjunctivus in am as. Optativus in erē breve.

Indica breviter verba harum terminationum preteriti ordine Despauteriano?

** Vult xi ctumq; cio: 1 facit & iacit, ecit, & actum.*
2 Elicio per ui dat itum, fratres mage xi ctum.

Asspicio, asspexi, asspectū,

Dic fodi fossum, fugi, fugitum, fugio vult.

Ivi itumq; cupit: sapit ivi & ui dat itumq;,
Dic capio cepi captum, rapui, rapio, ptum.

A fodio, dio, gio, pio.

Dat pario, peperi, partum, paritum, quatioq;
*Dat quassi, quassum: * cussi, cussum, dabo proli.*

Concutio, concussi, concussū,

**Vult uo semper ui dans utum: Vult struo xi ctum*
Datq; 2 fluo xi, xum: 3 pluo vi vel ui dat & utum,
4 Dic ruitum, dat utum proles: 5 uit absq; supino
Hæc cluo, respuo, congruo, & ingruo sic metuoq;.

arguo, argui argutum.

Ri, bo, bitumque facit: 1 scabi, lambi, absq; supino.
*Dant uit * orta cubo, sed scribo, nuboq; psi ptum.*

Accumbo, accubui.

* In

*In vi, tum, muta ſco: 1 paſco dat tibi paſtum,
2 Agnoſcit, cognoſcit itum: 3 didiciq; poposci
4 Et compeſcit ui diſpeſcit: 5 gliſco dabit nil
Inceptiva velut: 6 conquexi tolle ſupinum.

Dic vici, victum: xi, ctum, dant dicoq; duco.
Icere ci, ctum vult, *ſi, ſumq; pepercit itumq;

*Do verte in di, ſum: 1 cecidi cado: 2 cædo cecĩdi,
3 pedo pepedit itumque, 4 pependi, ſumq;, tetendi
Vel tentum, 5 panſum & fer paſſum, 6 ſum dat edo, ſtũ,
7 Do compoſta ditum didit, (abſcondi tamen effer)
8 Tundo facit tutudi tunſum, compoſtaq; tuſum.
9 Scindo, ſcidi, ſciſſum: 10 dat findo, fidi, quoq; fiſſũ,
11 Et fundo fudi fuſum: 12 ſi ſum, dato ludo
Divido cum vado, rado, ſeu ladere, trudo,
Et rodo, plaudo, claudo, & cedo geminans ſſ
13 Sido præteritum haud dat: 14 rudoq;, ſtrido, ſupinũ

Creſco creui cretum.

Parco parſi vel peperci

Mando mandi, manſum.

Reddo reddidi redditũ.

*Go dat & *Ho xi ctum: 1 ſed n tollunto ſupinis
Fingere, cum pingo, cum ringere ſtringoq; pango,
2 Dans pepegi, pegi, & panxi, 3 tetigi quoq; tango
4 Frangit, agitq;, volunt egi actum: 5 dat lego, gi, ctũ
(At xi ctumq; dabunt intelligo negligo, dili)
6 Dant ſi ſum, ſpargo, mergo, tergo 7 dato xi xũ
Cum figo, frigo: 8 caret angoq;, dego, ſupinis
Et ſugo, lingo, 9 nil ambigo, vergoq;, donant

Affligo, afflixi afflictum
traho, traxi, tractum
veho vexi vectum,

Lo dat ui: colo, conſulo, & occulo dantur in ultum
Altum dic vel itum, molitum molo, celloq;, celſum
1 Cello facit ceculi culſum: 2 pepuli dato pulſum
3 Velli vel vulſi dat vulſum, 4 fallo feſelli
Falſum 5 ſublatum dat tollo ſuſtulit atq;.

Colo colui.

Sallo

Vomo vomui vomitum

Occino, occinui, occentum.

&c.

** Quæro quæsivi quæsitum.*

** Vt dissero, disserui dissertum.*

** Inſero, inſerui, inſertum.*

**Laceſſo. laceſſiui, laceſſitum.*

Sallo facit ſalli ſalſum pſallo dato pſulli
8 *Nulla ſupina dabunt pſallo, volo, noloq́, malo,*
* *Mo per ui dat itum: tremo ponitur absq́ ſupino*
2 *Dant pſi ptum demo, promo, cum ſumere como,*
3 *Emi vult emo & emptum, 4 preſſi dat premo preſſum:*
Pono, ſui, poſitum 2 genui, genitum quoq́ gigno
3 *Dat cecini, cantum, cano:* 4 * *ſed compoſita uii entũ*
5 *Cerno dabit crevi cretum:* 6 *dat temnoq́ pſi ptum:*
7 *Lini livit itum lino:* 8 *ſprevi ſpernoque ſpretum:*
9 *Sivi datq́ ſitum ſino:* 10 *ſtravi, ſternoq́ ſtratum,*
Po pſi ptum: 1 *at rupi ruptum,* 2 *ſtrepui ſtrepitum dic*
Dat xi ctum coquo, linquo liqui, nataque lictum.
Curro cucurrit habet curſum, 2 *tulit & fero latum*
3 *Geſſi dat gero geſtum:* * 4 *ſivi quæroque ſitum*
5 *Dat ſeviq́ ſatum, ſero:* 6 *ſic trivi tero, tritum,*
7 *Vro, uſſi, ac uſtum:* 8 *verri verſum,* 9 *fugio nil dat*
10 *Nata ſero,* * *tranſlata uit ertum, cetera itum vi*
So vi tumq́; facit: ſi ſumq́ faceſſo capeſſo
Cum viſo inceſſo: dat pinſo uit indeq́; piſtum.

1 *Xi xum dant plecto, cum flecto, nectere, pecto*
3 *Hæcq́ xui duo dant.* 3 *ivi peto donat & itum*
4 *Meſſuit & meſſum meto:* 5 *miſi mittoq́ miſſum*
6 *Verti vertoq́; verſum:* 7 *at ſtertuit abſque ſupino eſt*
8 *Siſto ſtitiq́; ſtatum:* 9 *neutrũ ortũ hinc abſq́; ſupino.*

1 *Dat vivo xi ctum,* 2 *ſolvo, vi, format & utum*
Vt volvo: 3 *calui calvo facit absq́ ſupino.*

Nexo xui xum vult: texo xuit indeq́; textum

Atq́;

Atque hæc de formatione preteriti tertiæ.

Iam conjuga generaliter exemplar tertiæ?

Lego, legis, legi, legere, legendi, legendo, legendum, lectum, legens, lecturus.

Legor, eris vel ere, lectus ſum vel fui, legi, endi, endo, endum, lectus, legendus.

Conjuga lego per ſingulos modos & tempora?

Preſens. Lego, *I reade*, &c. is, it, plur. imus, itis, brevia, unt

Imperf. Legebam, ut docebam. Perf. legi, iſti ut docui.

Pluſqu. Legeram, ras, ut docueram.

Futur. Legam, ges, get. plu. emus, etis, ent,

Imperativi

Preſens. Lege tu, gat. plu. amus, ite, ant.

Futur. Legito tu vel ille. plu. amus, tote, unto,

Optativi

pr. & Im. Vtinam legerem, res, ret, breve, remus, retis, rent.

per. & pl. Vtinam legiſſem, ut docuiſſem,

Futu. Vtinam, legam, as, at. plu. amus, atis, ant.

Pro ſubiunctivo & potentiali.

Preſ. legam, gas, &c. Imp. legerem, res, breve. Perf. legerim, ris, ut docuerim. Plu. legiſſem, ſes, Futu. legero, ris, ut docuero.

Infinitivi

Preſ. legere. perf. legiſſe, Fut. lecturus, vel lecturum eſſe,

Coniuga legor per ſuos modos & tempora?

preſens. Legor, *I am red*, &c. eris vel ere, itur breve, plur. Legimur, imini, untur.

Imper. Legebar ut docebar, perf. lectus ſum vel fui, &c. pluſ. lectus eram vel fueram, &c. Futu. legar, legeris vel legere, longum legetur, plu. emur, emini, entur.

Impe-

Imperativi

preſens Legere tu, legatur: plu. amur, imini, antur.
Futu. Legitor tu vel ille: plu. amur, iminor, untor.

Optativi

pre. & im. Vtinam legerer reris vel ere, eretur: plu. eremur, eremini, erentur.

perf. & pl. Vtinam lectus eſſem vel fuiſſem, &c.
Futur, Vtinã legar, aris vel are, atur: amur, amini, antur.

Subiunctivi & potentialis

Preſ. Legar, imp. legerer. perfe. lectus ſim vel fuerim. pluſ. lectus eſſem vel fuiſſem. Futu. lectus ero vel fuero.

Infinitivi.

Preſ. legi. perf. lectus vel lectum eſſe vel fuiſſe. Fut. lectum iri, legendus vel legendum eſſe.

AVDIO quare eſt quartæ coniugationis?

Quia ejus thema deſinens in io is longum, inde format infinitivum in ire, & iri longa.

Cedo typum & regulas quartæ coniugationis?

Semper iebam Imperfecto aptat, iamq; futuro,
(Dempto ibamque ibo): quartæ vi vertitur in tum.

* *Exceptiones ſunt 13.*

1 * *Singultit vult ſingultum:* 2 *ſepelire, ſepultum*
3 *Væneo dat venum:* 4 *veni ventum venio vult.*
5 *Donat amicit ui ctum:* 6 *ſancio, vincio, xi, ctum*
7 *Haurit ſi ſtum dat:* 8 *pſi ptum quoq; ſepio, cãbis*
Dat ſalio, ſalui, ſaltum compoſtaq; in ultum
10 *Sentio ſi, ſum vult, ut raucio:* 11 *fulcio ſi, tum*
Et ſarcit, farcit: 12 *per ui mutatur & ertum*
Ex pario natum: (ri comperit & repperit vult)
13 *Aio nil formant ferio, meditans quoq; verbum,*
Parturio, eſurio, vi, tum dant nupturioq;

Imperativus quartæ deſinit in i, iãt, vel ito. Subjunctivus

junctivus & potentialis, in iam, ias: Optativus in irem longum.

Conjuga generaliter exemplar quartæ?

Audio, audis, audivi, audire, audiendi, audiendo, audiendum, auditum, audiens, auditurus.

Audior, audiris vel audire, auditus sum vel fui, audiri, audiendi, audiendo; audiendum, auditu, auditus, audiendus,

Conjuga audio per suos modos & tempora?

Indicativi

presens	Audio, *I heare*, &c. is, it, plu. imus, itis, iunt.
Imperf.	Audiebam, bas, bat. plu. bamus, batis, bant.
prefect.	Audivi, isti, it: plu. imus, istis erunt vel ere
pluisqu.	Audiveram, ras, rat: plu. ramus, ratis, rant.
Futur.	Audiam, ies, iet: plu. iemus, ietis, ient.

Imperativi

presens.	Audi tu, audiat: plu. iamus, ite, iant.
Futur.	Audito tu, vel ille: plu. auditote vos, iunto illi.

Optativi

	Vtinam audirem, res, ret, remus, retis, rent.
pre. &im. perf. &pl.	Audivissem, isses, &c.
Futur.	Audiam as, at: amus, atis, ant.

Subiunctivi & potentialis,

Pres. audiam. Imperf. audirem. Perf. audiverim, eris, erit: plu. audiverimus, eritis, erint.
Plu. audivissem, isses, Fut. audivero, eris, erit. &c.

Infinitivi.

Pres. audire. perf. & plus. audivisse. Futur. auditurus vel auditurum esse.

Conjuga audior per singulos modos & tempora?

Indicativi

Pres. Audior, *I am heard*, &c. iris ire, itur, longa. plu. audimur, imini, iuntur.

Imperf. Audiebar, baris vel bare, batur: plu. bamur, bamini, bantur.

perfect. Auditus, ſum vel fui, tus es, vel iſti, ut amatus ſũ.

pluſqu. Auditus, eram vel fueram, &c.

Futur. Audiar, eris, vel ere, etur: emur, emini, entur.

Imperativi

Preſens. Audire tu, audiatur, plu. audiamur imini antur.

Futur. Auditor, tu vel ille, plu. audiminor vos, untor illi. (entur.

Optativi

Pr. & Im. Vtinã audirer, reris vel ere, retur: remur, remini,

Per. & pl. Vtinam auditus eſſem vel fuiſſem, tus eſſes, &c.

Futur. Vtinam audiar, aris vel are, atur; amur, amini, antur.

Subiunctivi & potentialis

Preſ. audiar, aris, &c. Imperf. audirer, reris, perfect. auditus, ſim vel fuerim, pluſq. auditus, eſſem vel fuiſſem, Futur. auditus ero vel fuero, tus eris vel fueris, &c.

Infinitivi

Preſ. audiri, perf, & pluſ. auditus vel auditum eſſe vel fuiſſe, Futur. auditum iri, audiendus vel audiendum eſſe.

Iam an omnia verba coniugantur ut hæc quatuor exemplaria?

Omnia verba in o conjugantur, ut eorum activa, preter anomala ſum, poſſum, eo, fero, fio, volo, nolo, malo, & defectiva quedam, jam conjuganda: omnia vero in or conjugantur ut illorum paſſiva, præter, [illegible] deponentia irregularia in formatione præteriti quod deberet formari a ſupino activo in um mutando m in s. & addendo ſum, ut potior facit potitus ſum, quia potio haberet potivi potitũm. Excipe tamen hinc iſta.

Aptus apiſcor habet, commentus, commi[illegible]que niſcor.

Expergiſcor

Expergiſcor, & experrectus, faſſus, eramq;
Dat fateor: ſeſſuſq; fatiſcor, dat fruor & ictus.
Dat gradior greſſus, lapſus labor, metiorq;
Menſus, niſus, ysemq; miſertus, habet miſereri
Mortuus, & nactus, nanciſcor, at ortus oriri
* *Ordior orſus habet, pactuſq; paciſcitur edet,*
Queſtus eram queror, atq; profectus dat proficiſcor,
Vltus ab ulciſcor, ratus a reor, vſus ab utor:
Cætera ab um formæ primæ formato ſupino,
Hinc moriturus & hinc manant oriturus aperte.
Nill formant veſcor, liquor, medeor, reminiſcor.
Dor, furo, for, der fer, vix unquam ſuſcipit uſus.

* *Anitor.*

* *Proincipio nam pro texo ſervat regulam generalem orditus ſum.*

Iam coniuga defectiva in o:

Indicativi

preſens 1 Aio, ais, ait: plu. aiunt,
Imperfe. Aiebam, bas, bat: bamus, batis, bant.
perfect. Aiſti, & plu. aiſtis.

Imperativi preſ. ai tu,

Pro futu. Oprat. & preſ. Subjunct. aias, aiat: pl. aiamus, aiant.

Participium aiens: cætera ejus tempora non ſunt in uſu.

2 Dicimus auſim, auſis, auſit, auſint. id eſt audeo vel audebo.

3 Dicimus pro imperativo cedo, cedite, id eſt dic vel da, dicite vel date.

Dicimus faxo, faxis faxit, plur. faxunt id eſt faciam, pro futuro indicativi: Item faxim, faxis, faxit, faximus, faxitis, faxint, pro futu. Optativi & preſenti Subjunctivi.

5 Dicimus forem, fores, foret, & plu. forent id eſt eſ-

ſent in preſenti Opt. & fore in futu. infimitivi, ceteris caret.

6 Inquio, inquis, inquit. Plu. inquiunt. Perfect. Inquiſti inquit. Futu. Inquies, inquiet, inquient. in Imperativo inque, inquiat, inquiant. Cætera ejus tempora exolevere præter inquiens Particip.

7 Dicimus tantum infit pro preſ. & perf. indicativi: pro dicere incipit vel incepit, cæteris caret.

8 Dicimus quæſo & plu. quæſumus, cæteris caret.

9 Deniq; cœpi, odi, memini, carent preſenti & imperfecto indicativi & reliquorum modorum, niſi in imperativo memento & mementote.

Conjuga jam generaliter Anomola predicta?

Sum ſuperius conjugatum eſt; ejus compoſita conjugantur ut ſimplex ſic: poſſum, potes, poteſt, poſſumus, poteſtis, poſſunt: poteram: potui: potueram: potero: poſſim: poſſem: potuerim: potuiſſem: potuero: poſſe: potuiſſe: potens.

Eo, is, it, imus, itis, eunt. ibam: ivi: iveram: ibo: Imp. i, eat, vel ito: eamus, ite, itote, eant, vel eunto. Subj. eam, eas: Opt. irem, Inf. ire, eundi, eundo, dum, itum, iens, iturus, ſic queo, redeo &c. conjugantur.

Fero, fers, fert: ferimus, fertis, ferunt, tuli, fer, feram, ferem, ferre, ferendi, endo, endum, latum, ferens, laturus.

Feror, ferris vel ferre, fertur: latus ſum vel fui, ferri, ferendi, do, dum, latu, latus, ferendus.

Fio, fis, fit, factus ſum vel fui, fiam, fierem, fieri, faciendi, endo, endum, factu, factus, faciendus.

Volo, vis, vult: volumus vultis, volunt. Volui, velim, vellem, velle, volendi, do, dum, volens. cæteris caret.

Nolo

Nolo, nonvis, nonvult: nolumus, nonvultis, nolunt, nolui, noli, nollem, nolle, nolendi, do, dum, nolens.

Malo, mavis, mavult: malumus, mavultis, malunt, malui, mali tu, malim, mallem, malle, malens.

Quomodo conjugantur impersonalia in t?

Vt tertiæ personæ singulares omnium modorum & temporum verborum amo, doceo, lego, audio: sic, vacat, vacabat, vacavit, &c. oportet oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit, &c. contingit, contingebat, contigit &c. evenit, eveniebat, evenit, evenerat, eveniet, eveniat

Quomodo conjugantur impersonalia in tur.

Omnia ut tertiæ personæ singulares verborum passivæ vocis prædictorum, sic: itur ibatur, itum est vel fuit, &c.

Iam quæ est sexta & ultima proprietas verbi?

Notatio, quæ respicit verborum compositionem, & derivationem.

Quæ sunt tibi observanda de verborum compositione?

Hæc quatuor. 1. Quod verbum (sicut nomen) solet componi varie: nempe vel inter se, ut *calefacio, liquefacio, olfacio*, vel cum nomine, ut *duplico, multiplico, lætifico*, vel cum Præpositione, ut *adjungo, elido, pergo, dejero.*

2. Præpositiones in compositione cum verbis, conformant sæpe ultimam suam consonam primæ consonæ verbi, ut *alludo*, alias literam interponunt, ut *ambedo, redeo*: alias auferunt, ut *asporto, traduco*, pro *absporto, transduco*.

3. Verbum compositum non variat conjugationem simplicis sui: nisi in compositis a cubo, in umbo, a lavo in luo, & a do omnia sunt tertiæ, (præter *circundo, pessundo,*

Atisdo venundo primæ: deinde composita a pario parere, sunt quarte; ex quibus unum operior pro expecto cum coniugatione genus mutat, & est deponens: sicut & hæc pauca cum coniugatione genus verbi mutant, a specere fit conspicari, a sternere consternari a ludere ludificari, deponens & si quæ alia.

4 Cum simplex verbum geminat principium præteriti, compositum suum non geminabit: ut a spopondi, despondeo, despondi: excipe composita a do sto disco, posco, item præcurro præcucurri, repungo repupugi; quæ omnia & si quæ alia geminant principium perfecti.

Quid dicis de derivatione verbi?

Verba derivantur vel a nomine: ut quiesco a quies.

2 Vel a prepositione, supero a super 3 Vel ab ad verbiis, perendinor procrastinor. 4 Vel ab aliis verbis calesco a caleo?

Derivatorum ab aliis verbis quot sunt formæ?

Hæ quinq; numerantur. 1 Desiderativa in rio a supino in u formata, ut esurio ab esu. Qualia sunt quartæ coniugationis. 2 Diminutiva in ico vel illo, ut albico, vellico, sorbillo, sugillo: ab albo as, vello, sorbeo, sugo. Etiam pitisso (i.) modicum bibo. Et hæc sunt primæ coniugationis. 3 Exercitativa in so: græcisso, patrisso, capesso, facesso, viso, (i) imitor græcos, patrem, cupio capere, eo visum Et hæc sunt tertiæ coniugationis,

4 Inchoativa in sco: quæ oriuntur alias a nomine, ut repuerasco senesco, & talia semper carent preterito (nisi quiesco quievi); sæpius vero oriuntur a verbo. Qualia formantur a primitivi secunda persona presentis indicativi, ei addēdo co: a quo etiam preteritum mutuantur

ut

ut areſco, arui, ab areo: *in* tertia, concupiſco concupiui, reſipiſco, reſipui, in quarta ab *edormis*, *edormiſco*, *edormivi*: carent tamē preterito, ab hio hias, hiſco, labaſco, liqueſco, fatiſco: omnia vero in ſco ſunt tertiæ conjugationis.

5 Frequentativa in ſo, to, tor: formata a ſupino in u, mutando atu, in ito; vel u in o ut *clamatu clamito*, *crepitu*, *crepito*, *quaſſu*, *quaſſo*: dices tamen agito, ab ago, fundito a fundo, hæſito ab hæreo hæſu, nato a no. pavito, queritor, a quæro, ſector a ſequor, ſciſcitor, & ſcitor, a ſcio.

Obſ. Si primitivum deſinit in or etiam frequentativum deſinet in or: ut amplector facit amplexor: omnia vero frequentativa ſunt primæ conjugationis. Atq; hæc de etymologia verbi.

Amans quæ pars orationis eſt?

Participium, quia eſt dictio verbalis variata per genera, numeros, & caſus, adſignificans tempus.

Quot ſunt proprietates participii?

Septem genus, numerus, caſus, declinatio, tempus, ſignificatio, & notatio.

Cuius generis ſunt participia?

Participia ſunt omnis generis, vel ſub una terminatione ns; vel ſub tribus us, a, um.

Cuius declinationis ſunt participia?

Participia in ns nempe in ans, ens, iens ſunt tertiæ declinationis, & declinantur, ut clemens: reliqua omnia nempe in tus, ſus, xus, uus, rus, & dus deſinentia ſunt ſecundæ & primæ declinationis, & declinantur ut bonus.

Quid dicis de numero & caſu participii?

Participii habent duos numeros, & ſex caſus in utroque

numero, ut in nomine.

Quot sunt tempora Participij?

Tria; Presens in ns; preteritum in tus, sus, uus, xus, futurum primæ formæ in rus, secundæ in dus.

A quibus verbis descendunt hæ terminationes?

Duæ ns & rus veniunt ab activis verbis: totidem us, & dus, a passivis: tres ns, us, & rus a multis neutris; quatuor a deponentibus ns, us, rus, & dus.

Veniunt-ne participia aliqua ab impersonalibus?

Impersonalia multa formant inde Participia in ns, quædam etiam gignunt ex se Participia activæ significationis in sus, alia in tus, & dus passivæ; ut *pœnitens, exosus, perosus, pertæsus, libitus, pudendus*, &c. Impersonaliter etiam adhibentur Participia in tum, & dum est, ut *cœptum est, fiendum est.*

Quid dicis de significatione participii?

Participium quodq; retinet significationem verbi, a quo immediate descendit, nisi cum degenerat in nomē per compositionem, comparationem, aut constructionem: unde active significant participia ab activis verbis orta; passive vero quæ a passivis fiunt, & neutraliter quæ a neutris.

Cujus notationis sunt Participia?

Sunt derivatæ; nam omnia Participia veniunt ab aliquo verbo, & composita manent Participia a verbo composito: licet compositio participij non semper competat ejus verbo, ut *indoctus, illicitus*, nec tamen dicimus *indocet, illicet.*

Atq; hæc de Participio.

Ad-

Ad quæ pars orationis eſt?

Præpoſitio quia eſt dictio invariabilis variabilibus præpoſita, ad denotandam, circumſtantiam rei, loci, perſone, aut temporis.

Quotuplex eſt præpoſitio?

Duplex: ſeparabilis & inſeparabilis.

Quot ſunt præpoſitiones inſeparabiles?

Sex, am vel an, co con vel com, di, diſ, re, ſe. Sic dictæ quod nunquam ſeparentur a dictione cui adhærent, ad ſignificandum aliquid.

Quot ſunt præpoſitiones ſeparabiles?

Quinquaginta: quarum una & triginta præponuntur accuſativo caſui nominis, extra compoſitionem poſita, nempe ad, adverſus vel adverſum, ante, apud, cis, circa, circiter, circum, citra, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, per, penes, pone, prope, poſt, præter, propter, ſecundum, ſecus, ſupra, trans, ultra, uſque, & verſus poſtpoſitum: quatuordecim ſerviunt ablativo caſui.

A, ab, abs, abſque, cum, coram, clam, de, e, ex, præ, pro, palam, & ſine: quinque junguntur utriq; accuſativo & ablativo: in, ſub, ſuper, ſubter, & procul: una tenus petit ablativum ſingularem & genitivum pluralem.

Quare dicuntur hæ præpoſitiones ſeparabiles?

Quia extra compoſitionem habent ſuam propriam ſignificationem & exigentiam.

Quid faciunt hæ præpoſitiones in compoſitione?

Saepe invertunt ſimplicis ſui ſignificationē: mens demens claudo recludo: alias eandem augent, ut deamo & compoſita ex per: perdoctus perficio: aliquando eam imminuunt, & negationem aut privationem implicant, ut in compoſitis ex in, injuſtus, indoctus, infidelis, ſubtriſtis, ſubiratus. Atq; hæc de præpoſitione.

Hodie quæ pars orationis eſt?

Adverbium: quia eſt dictio invariabilis nomini aut verbo adjecta, ad ſignificationem eorum explanandam aut implendam.

Quot ſunt proprietates Adverbii?

Tres: ſignificatio, comparatio, & notatio.

Quot ſunt ſignificationes Adverbio peculiares?

Hæ viginti ſex. 1 Affirmandi: *certe, etiam, ita, maxime, næ, plane, profecto, quidni, ſane, utiq;, edepol, mediuſfidius.*

2 Negandi: *Haud, minime, nequaquam, neutiquam, non.*

3. Comparandi, *Æque, magis, minus, maxime, minime, tam, quam.*

4 Congregandi: *Collectim, conjunctim, confertim, cumulatim, gregatim, pariter, ſimul, una, non ſolum, non tantum.*

5 Diverſitatis ſeu ſeparandi: *Aliter, alioquin, cæteroquin, duntaxat, minutim, nominatim, ſecus, ſegregatim, ſeorſim, ſigillatim, ſolum, tantum, viritim.*

6 Declarandi: Nempe, *nimirum, plane, utpote, utpota, ſcilicet, videlicet.*
Demonſtrandi: *En, ecce, hem.*

7 Dubitandi: *Forſan, forſitan, fortaſſis, ne forte, ſi forte.*

8 Eligendi: *Imo, magis, potius, potiſſimum, ſatius.*

9 Eventus: *Fors, forte, fortuito, ne forte.*

10 Ex-

10 Excludendi: *Demum, duntaxat, ſolum, modo, tantum.*

11 Hortandi: *eia, age, agite, agedum, amabo, ehodum, capſis, ſodes, ſultis.*

12 Intendendi: *adeo, admodum, apprime, impendio, penitus, prorſus, quamlibet, quantumvis, ut, vehementer, valde,*

13 Remittendi: *egre, fere, ferme, paulatim, pedetentim, pene, prope, propemodum ſaltem, ſenſim, vix.*

14 Interrogandi: *An, anne, annon, cur, ecquid, num, numquid, quare, quamobrem, quidita, quinam, quomodo?*

15 Reſpondendi: *Certe, etiam, bem, ita ne, quidni, plane.*

17 Loci adverbia ſunt quadruplicia.

1 Significantia in loco ubi? *Hic, iſtic, illic, alibi, alicubi, ante, pone, foris, intus, ibidem, inferius, ſuperius, ſicubi, necubi, ubiq, ubilibet, &c.*

2 De loco unde? *Hinc, iſtinc, illinc, alicũde, aliunde, cominus, eminus, cœlitus, funditus, foris, intus, inferne, ſuperne, intrinſecus, extrinſecus, indidem, undiq, undecunq, undequaq, &c.*

3 Ad locum rogat quo? quorſum? *Huc, illuc, iſtuc, alio, aliquo, eo, eodem, foras, intro, infra, ſupra, peregre, quoquo, quopiam, quolibet, quovis, quocunq, ultro, citro, utroq, neutro, uſq, uſquam, nuſquam, horſum, iſtorſum, illorſum, ſurſum, deorſum, quoquoverſus.*

4 Per locum qua? *Hac iſthac, illac, aliqua, nequa, quacunq, qualibet, ſiqua, nequa, utraq, recta.*

Obs. Quædam generalem tantum loci ſignificationẽ obtinent: *longe, nuſquam, procul, prope, ubivis, &c.*

18 Numeri: quoties? *Semel, bis, ter, quater, quinquies, decies, undecies, &c. Vicies, ſemel & vicies, &c. Tricies, quadragies, centies, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, nongenties, millies, bis, millies, &c. Biſariam, triſariam,*

trifariam, &c.

19 Optandi: *utinam ô si.*

20 Ordinis: *inde, deinde, debinc, deinceps, denique, demum, imprimis, invicem, novissime, postea, postremo, primum.*

21 Prohibendi: *ne, nequaquam, neutiquam.*

22 Qualitatis: *quomodo? appositè, bene, male, mediocriter, compositè, cæsim, punctim, similiter, scite, fortiter, prudenter &c.*

23 Qualitatis: *quam, quantopere? aliquantum, magnopere, multum, nimium, omnino, parum, paulum, plurimum, tantopere, longiuscule, meliuscule.*

24 Similitudinis: *ceu, æque, ita, itidem, perinde, ac, quasi, sic, sicut, sicuti, tanquam, ut, uti, velut, veluti.*

25 Temporis: sunt quadruplicia.

1 Ad quando respondent? *actutum, alias, aliquando, ante hac, commodum, confestim, continuo, cras, demum, dudum, extemplo, heri, hodie, ilico, interim, interea, interdiu, mane, noctu, nudiustertius, &c. nuper nunquam olim, oppido, posthac, pridie, pridem, postridie, perendie, primum, protinus, repente, rursus, sero, statim, tandem, tempori, vesperi.*

2 Ad quamdiu? *aliquantisper, ætatem, assidue, diu, jamdudum, jampridem, parumper, paulisper, tantisper, semper, usq;.*

3 Ad quoties? *indies, identidem, multoties, nunquam, plerunq;, quotidie, quotannis, raro, sæpe, subinde, toties.*

4 Ad quousq;? *adhuc, hactenus, indiem, inboram, &c.*

26 Vocandi: *o heus, ebo, ebodum.*

Quid dicis de comparatione adverbii?

Comparantur adverbia omnia ab adjectivis comparabilibus

parabilibus orta, *docte doctius doctiſſime*, *fortiter fortius fortiſſime*, *facile facilius facillime*, *mature maturius maturrime*, *bene melius optime*, *male peius peſſime*, *multum*, *magis*, *maxime*, *parum minus*, *minime*, *prope*, *propius*, *proxime*, *potius*, *potiſſimum*: Itē ipſa inter ſe comparantur: *diu diutius diutiſſime*, *nuper nuperrime*, *tempori temporius*.

Indica tandem notationem Adverbii?

Adverbia alias componuntur ex nomine ut *poſtridie* pro poſtero die, *nudius tertius*, *nudius quartus*, *&c. i.* nunc eſt dies quartus, *multoties*, &c. vel ex pronomine: *illorſum*, vel cum verbo: *ubilibet*, *ſcilicet*, *videlicet*: vel cum prepoſitione, *antebac*, *extrinſecus perinde*, *hactenus*: vel inter ſe, *ſicubi*, *iamdudum*, *iampridem*, *&c.* vel demū cum conjunctione: *alioquin*, *necubi*, *nequaquam ceteroquin &c.* Deinde adverbia plurima oriuntur a nomine: *viritim* a vir, *cœlitus* a cœlum, *funditus*, a *fundus*, plurima item in e, er, o deſinentia: *Pulchre*, *acriter*, *crebro*: vel a pronomine, huc, iſtuc, illuc; vel oriuntur a verbo ejuſq; ſupino, qualia multa deſinunt in im: cæſim punctim a cædo pungo, ſenſim, ordinatim a ſentio ordino, vel a ſeipſis derivantur ut, ab illic venit ilico, a clam, clanculum, alonge longiuſcule: nonnullæ etiam dictiones tantum adverbiaſcunt: nempe nomina quedam, tempori, veſperi, extemplo, compoſito, oppido, commodum, ſupremum, magnopere, maximopere: ſed imprimis prepoſitiones abſente caſu abverbiaſcunt, ſic extra ante pone. *Longo poſt tempore venit.*

Obs. Prout pronomen hic reſpicit primam perſonam, iſte ſecundam, ille tertiam; ſic hic, huc, hinc notant locum ubi ego ſum, Iſtic iſthuc iſthinc, ubi tu es: illic illuc illinc, ubi is eſt de quo fit ſermo. *Atq; hæc de Adverbio.*

Heu

Heu quæ pars orationis est? Interjectio: quia est dictio incondita orationi interjecta, ad denotandum animi affectum.

Recense significationes primarias interjectionis? 1 Admirantis: *Papæ, ebo, obe!* 2 Cõminantis & imprecantis: *Malum, væ.* 3 Detestantis: *apage, apagesis, phy.* 4 Dolentis: *ah, hei, boi, heu, vah.* 5 Gaudentis, & ridentis: *eu, evax, io, ha, ha, he.* 6 Hortantis & laudantis: *eia, euge.* 7 Indignantis: *hem, proh, oh.* 8 Irridentis: *hui.* 9 metuentis: *at, at.* 10 Silentii: *au, st.*

Et quæ pars orationis est? Conjunctio: quia est dictio invariabilis alias dictiones conjungens.

Quæ sunt proprietates conjunctionis?

Hæ duæ, Significatio & ordo.

Recense significationes conjunctionis?

1 Adversativa, hoc est diversã sententiã priori subjiciens: *at, ast, atqui, attamen, autem, cæterum, etsi, etiamsi, licet, porro, quanquam, quamvis, quin, sed, sedenim, tametsi, verum, verumetiam, verumenimvero.*

2 Approbativa seu expletiva: *quidem, equidem, demum.*

3 Causalis: *nam, namq, enim, etenim, enimvero, quia, quod, quoniam, quippe, quandoquidem, siquidem.*

4 Conditionalis: *dummodo, modo, ni, nisi, si, siquidem, sin, sinautem, sinminus, saltem.*

5 Copulativa: *ac, acq, & etiam, item, que, quoq, simul, cum, tum.*

6 Disjunctiva, hoc est verba conjungendo, sensum disjungens: *aut, nec, neq, neu, neve, tamen, attamen, verumtamen, seu, sive, ve, vel.*

7 Dubitativa: *an, anne, num, numquid, utrum, necne, sitame.*

8 Ratiocinativa, hoc est unum, ex alio inferens: *ergo, ideo,*

ideo, ideoq, idcirco, igitur, itaq, proinde, propterea, quapropter, quare, quocirca quamobrem.

Quis ordo cernitur in Conjunctione?

Quædam ſunt præpoſitivi ordinis, hoc eſt initium ſententiæ obtinentes; quædam vero ſubiunctivi, hoc eſt ſubiunctæ alii priori dictioni.

Da poſtpoſitivas?

Autem, demum, enim, quidem, quoque, vero, que, ne, ve.

Da præpoſitivas?

Reliquæ præponuntur in ſententia præter has, enimvero, etenim ergo, igitur, itaq;, quoniam, ſaltem, ſeu, ſive, ſiquidem, tamen: quæ aliquando præponi, alias poſtponi in aliqua ſententia ſolent. *Atq; hæc de Etymologia dictionum ſeu priore parte Grammatices breviter dicta ſunto.*

MAGISTER.

Enarraſti mihi dictionum naturam; jam earum in oratione recta diſpoſitio quomodo dicitur?

PVER.

SYNTAXIS ſeu Conſtructio.

Quot ſunt Conſtructiones præcipuæ in lingua Latina?

Regulares Conſtructiones redigi poſſunt ad *duas & quinquaginta*: nempe, concordantias *ſeptem*. Regimina abſoluta *totidem*. Regimina nominum tranſitiva *ſex*. Regimina verbi generalia *octo*; Specialia *ſedecim*: denique *octo* regimina dictionum invariabilium. Quibus annexentur

entur figuratæ conſtructiones primariæ.

Quid eſt Concordantia?

Eſt cum dictiones inter ſe concordant, in una aut pluribus proprietatibus. *Explica concordantias ſeptem?*

1 Duo vel plura ſubſtantiva ad eandem rem ſpectantia concordant in caſu. Vt *in Evang. Vnus Mediator inter Deum & homines, homo Chriſtus. Pſaltes, Miſeriæ fontem meæ, peccata tolle noxia.*

Obs. Adeandem rem ſpectant nomen proprium & ſuum appellativum, nomen generale & ſuum ſpeciale: & talis conſtructio dici ſolet Appoſitio & reſolvi per *ens*, aut *exiſtens*.

2 Interrogativum & reſponſivum in eodem caſu ponenda ſunt, niſi ſequens regimen impediat: iuxa illud.

Quo in caſu quærit quis, reſpondebis eodem. ut *Cujus miſeret Ieſum? pœnitentis peccatoris. Cui benefacias? egenti, cuium pecus? Mœlibei.*

3 Adiectivum concordat cum ſuo ſubſtantivo in genere, numero, & caſu. *In Evan. Vnus Dominus, una fides, unum Baptiſma.*

4 Relativum pronomen concordat cum ſubſtantivo quod refert in genere, numero, perſona, & (ſi huic præponatur) in caſu. *In Evan. Pater ſancte, ſerva eos per nomen tuum, quos dediſti mihi. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum. Laudate Dominum, quos ſibi adeſſe iußit Angelos.*

5 Verbum perſonale finiti modi, poſtulat ante ſe nominativum expreſſum, vel ſubauditum in numero & perſona ſecum concordantem. *In Evan. Ego vici mundum. Tu robur es meum. Deus confirmabit vos uſq; ad finem. Omnes peccaverunt.*

Obs.

Obs. raro nominativi primæ aut ſecundæ perſonæ exprimuntur pſal. *Ah, meam agnoſco labem. Quecunq; petieritis a patre meo, in nomine meo, dabit vobis. Ait Chriſtus.*

Obs. 2 Plura ſingularia copulata æquipollent uni plurali. Pſal. *Hunc & occaſus metuant & ortus.* Quod ſæpe infringitur per zeugma. Pſal. *Vis tuos vultus metuit nefaſq;.*

Obs. 3 Cum ſubſtantivum quodvis jungitur ad, *ego nos*, habetur primæ perſonæ; cum vero iungitur ad, *tu, vos*, habetur ſecundæ. *In Evan. Ego Dominus & Magiſter lavi pedes veſtros. Pſal. Tu me dux bonus eripe.* Quod etiam fit ſæpe implicite. Terent. *Omnes deteriores ſumus licentia.*

6 Vocativus verbis ſecundæ perſonæ adhæret in eodem numero. *Vindex eſto mihi Deus.*

7 Coniunctiones copulativæ & disiunctivæ copulant ſimiles caſus & modos, niſi ſequens regimen impediat. *In Ev. Ego ſum via, veritas & vita:. Veni & vide.*

Obs. Idem faciunt Adverbia ſimilitudinis; item an, quam preterquam. Pſal. *Diligo legem tuam, ſicut malos abominor.*

Quid eſt regimen dictionum?

Eſt certæ proprietatis earum exigentia. Eſtque duplex, Abſolutum & Tranſitivum.

Quid eſt regimen abſolutum?

Eſt cum dictio caſualis ponitur in aliquo caſu abſolute & ſine regente; nec tamen ſine aliqua dependentia.

Quod eſt primum regimen abſolutum?

Proprium Oppidi aut pagi pariſyllabæ declinationis ponitur in genitivo; Tertiæ vero Proprium oppidi, aut pluralis numeri, in dativo, ſi denotetur quies

aut

aut motus in loco: ponitur item proprium illud in accusativo, cum motus ad locum; & in ablativo, cum motus e loco, aut per locum significatur. *Vt Studet Glascuæ, Cupri, Andreapoli, Athenis, rediit Edinburgo. Terent. Ego me Sunium ire dicam.*

Obs. Oppidorum hanc constructionem obtinent rus & domus: degit ruri vel rure, domi tuæ rus ibo. *In Evan. Qui Christi doctrinam non affert, ne recipite eum domum.*

2 Obs. Dic etiam recte, *tabescit humi, sternit humi, & in humum, jacet terræ. Terent. Vna semper belli militiæ, domi togæq; fuimus.* *Quod est secundum Reg. abs.*

Substantiva crimen & pœnam significantia absolute ponuntur in genitivo, & alias in ablativo. Psal. *Sceleriſq; coarguet orbem, damnatus tibi voti. Adulterii convictos morte mulctavit.* Dices tamen, *utro crimine accusatur? neutro, utroq; non utrius.* *Quod est Tertium?*

Substantiva denotantia loci distantiam, rei mensuram, & temporis spatium quamdiu ponuntur in accusativo, vel in ablativo. *Cum tridui viam processissent, caulis altus pedem, digitum crassus, maneto triduum hoc Ps.*

Illa quaterdenis mihi natio restitit annis.

Quod est quartum?

Nomen pretii absolute ponitur in ablativo, post verba appretiandi: & in genitivo alias, post verba æstimandi. Psal. *Germanus auro non redimet de morte fratrem. Ter. Inscripsi ædes mercede.* Dic tamen emi vendidi tanti, quanti, pluris, minoris: æstimo te assis, magni &c. rectius quam, *tanto, asse. in Ev. Omnes justificantur gratis, id est dei gratia.* *Quod est quintum?*

Absolute ponuntur in ablativo substantiva denotantia 1 causam per aut propter quam 2 instrumentum

3 Et

Et modum quo 4 materiam ex qua aliquid fit. 1 *Vo tua clementia, non innocentes munere prodidit.* 2 *Me pec- ſecurum facies tuo.* In Evang. *Colligimus igitur fide juſtifi- cari hominem abſq; operibus Legis.* 3 *Ne diligamus verbo, ſed opere.* 4 *Vt fictta fragili vaſa franguntur luto. Ter. Bonis prognata,* *Quod eſt ſextum regimen Abſ.*

Abſolute apud Poetas ponuntur in ablativo appellativa locum vbi, & vnde; partem qua; & tempus quãndo aliquid fit denotantia. Pſal. *Quæ conſita margine ripæ eſt. Recta deduc me via: Nec mente ſævus, nec ore mendax.* In Evang. *Deus ultimis hiſce diebus loquutus eſt nobis per Filium ſuum.* *Quod eſt ultimum reg. Abſ.?*

Participium conſequentiam denotans cum ſuo ſubſtantivo abſolute ponuntur in ablativo, Pſal. *Domino excubante non me movebunt agmina* Obſ. Sepe intelligitur Participium exiſtente; alias ſolum ponitur Participium, ſed in preterito, & neutro genere. Pſal. *Te duce tutus ero, Audito Cæſarem acceſſiſſe.* Liv. *Ne quidem nunciato, quo pergeret.* Obſ. 2. Tunc Participium conſequentiam denotat, cum aliquid ex ſe verbum in eadem ſententia infert, & reſolvitur per *Dum, poſtquam, tametſi, quamvis*, & ſimiles particulas.

Quid eſt Regimen Tranſitivum?

Eſt tranſitio dictionis in aliam, cum quævis nempe dictio regit dictionem variabilem certo fine flexionis, eſtq; vel nominis & huic affinium, vel verbi, vel dictionum invariabilium.

Quod eſt Regimen primum Tranſitivum nominis?

Omne Subſtantivum regit alterum a ſe diverſum & ſibi ſine copula additum in genitivo. Pſal. *De q̃ conceptu genitricis, hauſiſemina labis, Vſq̃ peccati lave, & uſq̃ labem.*

Obſ. Idem regimen obtinent Adjectivum ſubſtantivatum, & adverbia quantitatis pro fixo regente poſita. Ter. *Omnia amicorum, paululum negotij mihi obſtat, nec rei amplius fuit:* Sic nullus in nihil, quis in quid, qui in quod, parvus in parum eleganter vertuntur.

Obſ. 2. Sæpe pro ſubſtantivo recto ponitur gerundium in di; Item pronomina mei, tui, ſui, noſtrum veſtrum: idq; cum regens denotat deſiderium, facultatem, aut occaſionem. In Evang. *Annon habemus poteſtatem, vxorem ſororem circumducendi, ut & reliqui Apoſtoli Habemus libertatem ingrediendi Sacrarium cœli per ſanguinem* IESV. Pſal. *Tu tui curam Domino relinque.*

Obſ. 3. Cum ſubſtantivo recto additur adjectivū laudis vel vituperij, vtrumq; a regente fixo regitur in genitivo, vel in ablativo, vt *Populus duræ cervicis, vel dura cervice. Vir duplici animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.* *Quod eſt ſecundum regimen Nominum?*

Adjectivum verbale active ſignificans, ſicut & adjectiva ſtudii, cum his contrariis regunt genitivum. Pſal. *O potens rerum Deus, ortus & finis inſcius, pacti tenax, memorq; fœderum, Securus amorum, docti modorum, partæ ſalutis ingrata,* In Evang. *Animalis homo non eſt capax rerum ſpiritualium.* Obſ. Adjectiva ſtudii regunt etiam gerundium in di tanquam in genitivo. Terent. *Ejus videndi cupidus.* *Quod eſt tertium Reg.?*

Adjectivum verbale paſſive ſignificans regit dativū. Deſinuntq; talia in bilis, tus, ſus, aut dus: Pſal. *Deus votis ſuorum eſt placabilis: juſſa malorum ſunt metuenda bonis.* *Quod eſt quartum?*

Adjectivum partitionis regit genitivum pluralem, in eodem fere ſecum genere, aut collectivi nominis ſingularem

ut, *Quicunq́, aliquis, uter, neuter, nemo virorum, nullus noſtrum ſibi vivit. quæcunq́, aliqua, utra neutra, nulla tuarum, viſa mihi, nec audita ſororum.*

Obſ. Partitionis genitivum regunt adjectiva comparationis, numerationis; Item pronomina, & adverbia a partitivis orta: per regulam *Dictiones derivatæ regere ſolent caſum ſui primitivi.* Poſitivus gradus rarius genitivum hunc regit; comparativus ſæpe, ſuperlativus ſemper, ut *Perq́ inſidijs obſeſſa viarum. Maior ipſorum ſervet minori,* In Evang. *Nunc manent fides, ſpes, charitas maxima autem harum eſt charitas: Si cui veſtrum ſapientia deeſt poſtulet a Deo.*

Obſ. At comparativus regit ablativum cum reſolvitur per quam, *than. Nil charitate mutua fratrum, nihil iucundius concordia.* *Quod eſt quintum?*

Adjectiva quæ ad aliud referuntnr regunt Dativum, ut, *Os fuit concors animo. En ille Domino charus. Cunctis eſto benignus. Familiaris paucis.* In Ev. *Omnia pura puris.*

Obſ. Dices tamen affinis, cognatus, communis, conformis, conſors, par, impar, proprius, ſimilis hujus, & huic. Dices aptus idoneus, proclivis, promptus, pronus, propenſus huic rei, & ad hoc: Item, pietas ad omnia vtilis eſt Obſ. 2. Dices diverſus huic, & ab hoc Idem huic & cum hoc. Secundus a Rege, *alius alter ab illo.* In Ev. *Quiſq́ noſtrum extraneus a pactis promiſſionis eſt. Hoc a me alienum puto, & ego vobis alienus ſum,* dixit Comicus. *Quod eſt ultimum Regimen Nom.?*

Adjectiva copiæ, inopiæ, plenitudinis, & vacuitatis regunt genitivum, vel ablativum, Pſal. *Vox dignitatis plena. Omnia plena malis. Liber malorum & morte. Inops conſilii, & ſermone.* Obs. his affinia dignus, indignus,

contentus, fretus, præditus, & opus indeclinabile fixum, ablativo gaudent. In Ev. *Vt dignum eſt Evangelio Chriſti vos gerite.* Obs. Sed alias opus concordat cum ſuo ſubſtantivo. In Ev. *Deus ſupplebit quicquid opus fuerit vobis.* Dic etiam. *Moneo quid facto uſus ſiet.* Obſ. 2 genitivum ſepius habent, *Compos, impos mentis, expers fraudis, largus opis, reus culpæ & voti.* In Ev. *Facti eſtis inanes Chriſti, quicunq; per legem juſtificamini.*

Obſ. 3 Ablativum habent captus, caſſus, orbus, refertus, truncus, & quæ reſolvi ſolent per, *with.*

Iam indica Regimen verbi generale octuplex?

1. Verba ſubſtandi, & paſſiva nuncupationem, aut opinionem implicantia regunt utrinq; nominativum: Sicut & quælibet verba regunt a tergo nominativum geſtus præter ſuum caſum. In Ev. *Eſtote ſancti, nam ego ſanctus ſum. Chriſtus factus eſt peccatum, ut efficeremur juſticia Dei in ipſo. IACOBVS appellatur creditur dicitur exiſtit ſummus Monarcha. Adſpice attentus, da promptus.*

2. Verbum quodlibet acquiſitive poſitum regit dativum perſonæ aut rei, cui aliquid attribuitur aut adimitur. Pſal. *Nec mala proximis excogitat. Neu mihi avertas faciem.* Teren. *Vt bene ſit tibi. Metui ne me criminaretur tibi. Non rete accipitri tenditur neque milvio.*

3. Verba activa & active ſignificantia regunt accuſativum. In Ev. *Deum timete Regem honorate, fraternitatem diligite.* Pſal. *Quicqnid molior aut gero præſentem Dominum conſpicor.* Obſ. Huc proinde ſpectant deponentia active ſignificantia, & neutra pro activis poſita per Regulam. *Nam regimen ſit idem ſi ſignificatio par ſit.* Pſal. *Quis non ſtupeat globos cæleſtes. Ædemq; Dei mens ardet, præſcius futura, cum me peroſi perfidi.*

4 Verba

4. Verba paſſiva regunt ablativum ex activi nominativo factum idq; fere mediante a, vel ab. In Ev, *Ne vincitor a malo. Si quis diligit Deum hic edoctus fuit ab illo.* Obſ. Huc proinde per præcedens præceptum ſpectant verba neutra paſſive ſignificantia. In Ev. *Quæ occulte fiunt ab ipſis turpe eſt dicere.* Obſ. 2. Sæpe pro ablativo hujus regulæ ponitur dativus. Pſal. *Nec victoriæ author mihi tacebere, erutus morti.*

5. Verba compoſita cum præpoſitione regere ſolent caſum illius vi. Pſal. *Hoſtes quietis accolens: Sionem obambulate.* Obſ. Sæpe etiam exprimitur præpoſitio. In Ev. *Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, Exite e Babylone populi mi. E nobis egreſſi ſunt.*

6. Verbum infiniti modi poſtulat ante ſe accuſativum. In Ev. *Nullum per legem juſtificari apud Deum manifeſtū eſt.*

7. Quoties duo verba ponuntur in eadem ſententia ſine copula poſterius ponitur in infinitivo elegantius quã per finitum verbum & *quod*, aut *ut*. In. Ev. *Sine fide impoßibile eſt placere DEO. Chriſtus prorſus ſervare poteſt eos qui per ipſum accedunt ad Deum.*

Obſ. At Subjunctivum poſcunt ſibi verba rogandi. In Ev. *Non rogo ut tollas eos e mundo, ſed ut ſerves a malo.*

8. Infinitivus, gerundia active ſignificantia, ſupinum prius, & participia regunt omnem caſum thematis ſui. Obſ. At eſſe alias dativum utrinq; admittit; alias accuſativum poſt ſe habet. ut *Nobis non licet eſſe tam diſertis.* Teren. *Vobis expedit eſſe bonas.*

Obſ. 2. Ornatius gerundia per Concordantiam; quam per regimen efferuntur. *Vxor tibi ducenda eſt.* Ornatius dixit Comicus, quam, *ducendum eſt uxorem* &, *Veni viſendi iſtorum gratia, Date creſcendi copiam novarum.*

Iam explica Regimen *ſpeciale verborum perſonalium?*

1 Verbum ſum, ad aliquem pertinere denotans, regit genitivum: cum vero ſtatum aut qualitatem alicujus deſignat, poſtulat genitivum vel ablativum. *In* Ev. *Omnia veſtra ſunt, vos Chriſti, Chriſtus Dei.* Ter. *Bono animo eſto.* Elliptice etiam ablativum materiæ regit ſum. *Quid te futurum cenſes.*

2 Verbum ſum in tertiis ſuis perſonis regit dativum cum ſignificat habere. Terent. *His nunc præmium eſt qui recta prava faciunt.* Cum vero ſignificat afferre duplicat dativos, ſicut & do, duco, venio, verto. Dices tamen, *ſtetit auxilio dexter, Studione id ſibi habet, an laudi putat fore? Ibant ſubſidio Troiæ.*

3 Genitivum regunt miſereor, miſereſco & ſatago *rerum.* In Ev. *Deus miſeretur cujus vult.*

4 Genitivum vel accuſativum regunt memini, recordor reminiſcor, & obliviſcor. Dices etiam recte, *Vbi in mentem ejus adventi venit.* Terent.

5 Dativum poſtulant verba compoſita ex, ad, ante, con, in, inter, ob, præ, poſt, & ſub. Obſ. Dices tamen cũ Pſalte & Comico, *Vt præiret inquilinus incolas, Deus prævenit auxiliis pericla. Antecedit anteit præcedit omnes vel omnibus, horum anteo ſapientia, preſtat ingenio alius alium.*

6 Verba auxiliandi & nocendi, favendi & repugnandi, imperandi & parendi, dativum ut peculiarem ſibi caſum exigunt. In Ev. *Suggere ut ſeſe ſubjiciant principatibus, & poteſtatibus obtemperent; quiſquis ſe opponit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Reliqua exempla Authorum lectione melius addiſcuntur.

7 Celo cum verbis docendi, rogandi, & veſtiendi, præter accuſativum perſonæ, regunt alterum rei, qui in paſſi-

vo

vo retineri ſolet. *Arcanum omnes celato, doce me Deus vias tuas, ridiculum eſt te iſtud me admonere: te hoc oro,* Pſ. *Annuet ille pio quecunq; rogabitur ore.* Obſ. Dicunt tamen Authores latini, *de hoc me libro celavit, doctæ in eodem ludo ad maliciam, induo veſtem patri, vel patrem veſte. Dicimus etiam moneo te officii, volo vos iſtorum comonefacere vel de iſtis.* Dic etiam *ſupplicabunt Domino*, non dominum.

8 Verba neutra admittunt accuſativum cognatæ ſignificationis. *Gaudere gaudiũ, luere peccata, olere unguenta.*

9 Verba implendi, onerandi, levandi, atq; adeo plenitudinem aut vacuitatem implicantia regunt accuſativũ cum ablativo; & ſi ſint neutra ſolum ablativum, Pſal. *Perfundet eos gaudio, cur me præſidio deſtituis tuo.* In Ev. *Quid ritibus oneramini; ſed induimini Domino Ieſu Chriſto.* Obſ. At egeo & indigeo genitivum vel ablativum habent. in Ev. *Dives ſum & nullius egeo.* Ter. *Tui carendũ erat.*

Obſ. 2. Dices, *Dono & impertior tibi librum, & te libro. Interdico tibi domum, &, te domo mea.* Ter. *Ceſſo heram hoc ma-o impertiri.*

Obſ. 3. Sub levandi verbis comprehenduntur verba diſtandi, & removendi, quæ alias aſciſcunt ſibi Præpoſitionem a ab de. Pſal. *Quin lora noſtris demimus cervicibus, Vitiis abſiſtite pravis.* In Evang. *Ab omni ſpecie mali abſtinete, fugite ab Idololatria, cavete vobis ab idolis, a falſis doctoribus, expeditus frandibus.*

10 Sex deponentia, fungor, fruor, nitor, potior, veſcor & utor recte junguntur ablativo. *Fungi, & defungi officio, Potiri victoria, & rerum.* Pſal. *Taurine veſcor carnibus, niti haſta, frui te amico, ſermone aſſentatorio numquam uſi ſumus.*

11 Gerundia in do, ſubjunguntur verbis abſolute

tanquam in ablativo, dum modum implicant: in dum vero dativum volunt cum neceſſitatem denotant. Ter. *Nihil eſt quin male narrando poſſit depravari, obtemperandũ eſt omnibus Deo, ſubditis Principi in ipſo.*

12. Supina in um ſubjunguntur verbis motum ad locum ſignificantibus; ſupina in u verbis motum e loco & adjectivis plurimis. Pſal. *Vænum dediſti nos palam, redto venatu, turpe dictu, haud facile factu.*

Obſ. Ponitur etiam elegantèr ſupinum in um poſt volo, & alia verba idq; pro infinitivo. Ter. *Ante viſum aut auditum velim*, pro videre, aut audiſſe. *Huic mandes quod recte curatum velis, factũ volo, manſum oportuit.*

Reſtat, ut explanes Regimen quadruplex Impersonalium?

1 Tria impersonalia eſt, intereſt & refert regunt genitivum cum infinitivo. *Refert & intereſt omnium animadverti in malos.* Obſ. dicitur tamen recte. *Meum eſt ulciſci, ego rependã: ait Dominus. Eſt tuũ, noſtrũ, veſtrũ relinquere vindictã Deo, ejuſq; miniſtro.* Ter. *Quid tua, malũ, id refert.* Et parvo diſcrimine refert.

2 Hæc ſex miſeret, miſereſcit, pœnitet, piget, pudet, & tædet regunt genitivum rei cum accuſativo perſonæ. Ter. *Ejus me miſeret. Ne ſpei pudeſcat irritæ.*

3 Hæc ſeptem delectat, decet, juvat, oportet, item attinet pertinet & ſpectat regunt accuſativum cum infinitivo: ſed tria ultima mediante fere ad. *Quid ad te?*

4 Reliqua impersonalia dativum ut peculiarem caſum poſtulant. *Quod cuiquã contingit, cuivis accidere poteſt.*

Explana tandẽ regimen dictionũ invariabilium octuplex?

1 Præpoſitionum una & triginta regunt accuſativum caſum nominis. *Ad dextrã, apud hoſpitẽ, ante diem, adverſus vel adverſũ hoſtes, cis citra fluviũ, circũ circa montes,*

circi-

circiter meridiem, contra rebelles, erga pauperes, extra terminos, inter utrũque tene, intra muros, infra tectũ, juxta macellũ, ob & propter virtutẽ, per tabellarios, penes authorẽ, pone januam, prope te verbũ est, post tergũ, præter officium & spem, secundũ legem, secus viam, supra caput, træns & ultra mare, italiã versus, usq; Ethiopiam.

Præpositionum quatuordecim solum ablativum habent. *A patre, ab homine, abs quolibet, absque mora, cum exercitu, corã oculis, clam custode, de, e limo, ex auro, præ timore, pro mercede palã populo, sine labore.*

3 Duos casus regunt reliquæ: nempe *tenus* petit abla. singularem & genitivum pluralem singulari carentem, aut res geminas significantem; procul regit accus. & ablativum; in sub super & subter volunt accusativum cuui denotatur motus ad locum; ablativum vero cum quies aut motus in loco. Quorum exempla ex Authoribus latinis commodius petuntur.

4 Adverbia quedam loci temporis, & unum similitudinis *instar* genitivum volunt. Ter. *Hic viciniæ, quoquo terrarũ, huccine rerũ, eo insolentiæ: tunc tẽporis, interea loci, i. interim: instar oviũ cædimur.* Dicimus *pridie & postridie illius diei & calendas, factus est mihi obviam.*

5 En ecce hem nominativum vel accusativum regunt cum dativo personæ. *En ille Domino charus,* Heus & o vocandi adverbia vocativum poscunt ut propriũ casum.

6 Adverbia quo, eo, paulo, nimio, quanto, tanto, junguntur comparativo gradui; ut- ita, tam, quam superlativo; multo & longe utrique; valde apprime & his similia tantum positivo.

7 Ex interjectionibus heu regit nominativum & accusativum: proh & o exclamantis nominativum accus. &

voca-

vocativum: hei, væ, vah, regunt dativum. Ter. *Heu me miserũ.* Psal *O hominũ cæcæmentes, O profundas divitias sapientiæ & cognitionis Dei. Væ dicentibus de malo bonũ esse, & de bono malũ; væ sapientibus judicio suo, væ vobis duces cæci.* 8 Conjunctiones, *etsi, tametsi, quanquã quandoquidem quippe quoniam* indicativum postulant; *ut, quum, ne, ni, licet, quin, quo, quamvis* subjunctivum modum exigunt; reliquæ nulli certo modo astringuntur, Dicimus etiam *illius ergo venimus.* Atq; hæc de regulari Constructione, restat Figurata.

Quid est constructio figurata & quotuplex?

Constructio figurata est phrasis loquendi latine, a regulis communibus nonnihil recedens & excepta. Tales figuræ constructionis, præter Appositionem & evocationem jam dictas, sunt hæ octo, Enallage, antiptosis, Græcismus, Prolepsis Synthesis, Synecdoche, Syllepsis, & Zeugma. *Quæso mi Præceptor ut eas ordine mihi explanes.* 1 Enallage seu permutatio est, cum vel pars orationis pro alia parte ponitur; vel cum in eadem parte, una proprietas ponitur pro alia, aut una dictio pro altera, prout sæpe accidit in præpositione. *Velle suum cuiq; est.* pro sua voluntas. *Hinc illæ lachrymæ* pro ex hac re: *Nox humida cœlo præcipitat;* pro præcipitatur: *Multa super Priamo rogitans.* pro de priamo. Eleganter vero in narrationibus, infinitivus modus ponitur pro imperfecto indicativi. Psalt.———*Nec segnius illi*

Irritare Deum & rerum tentare parentem, fœdera negligere.

id est irritabant tentabant, frequenter etiam casus pro alio casu ponitur, & talis species enalages dicitur *antiptosis.* 2 Antiptosis est casus nominis pro alio casu positio: quæ usitata est in his formulis: nempe cum antecedens affec-

tat ca-

cat casum relativi. Ter. *Qui eos gubernat animus infirmũ gerunt* pueri. At *urbem quam statuo vestra est* minus usitate dicitur. Deinde cum dativus ponitur pro accus. vel ablativo aut contra. *It clamor cœlo, pugnabis amori, hæret pede pes.* Eleganter etiam dativus acquisitive ponitur pro genitivo. Vir. *Cervix cui lactea crines excipit.* Pro cujus. Deinde valde receptæ sunt hæ antiptoses: *Homines id isthuc ætatis*, pro ejus, *Quod genus homines. Id genus multa dixit dedit, id authoritatis erat, id temporis, ceteriſq; id locorum gentibus*, Et si quæ his pariter usitatæ, aliæ phrases dantur, pueris parce utendæ.

3 Græcismus est constructio latina ad græcorum imitationem facta: ut *Fœlix, lapsus, securus, victus animi, lenis irarum faciliſq; flecti: ardua montium.* Ter. *Discrucior pendeo animi. Quicquid ego hujus feci, tibi prospexi.* Virg.

Iustitiæne prius mirer belline laborum? &c.

4 Prolepsis seu Anticipatio est cum toti alicui partes subjiciuntur, in diverso fere numero non repetito verbo. Psalt. *Nonne mihi parent Iacobi pignora, quisquis*

Vel pecore tondet arva, vel vomere secat.

5 Synthesis est cum in constructione non habetur ratio vocis sed significati, & constructio hoc respicit. Ter. *Vbi est scelus qui me perdidit i. scelestus. pars in frusta secãt i.* aliqui. Huc etiam spectant collectivorum concordãtia cum verbo plurali, *Gens sancta Dominum colite.*

6 Synecdoche est cum pars vel adherens ponitur in accusativo vel ablativo, post adjectivum nominale participiale, item post verba neutra aut passiva implicantia totum. Psalt. *Arcaniſq; per umbrã stimulor pectora motibus.* Virg. *Micat auribus & tremit artus.*

7 Syllepsis seu comprehensio est cum verbum vel adjectivum

jectivum pluribus ſubſtantivis additum, eaque in plurali numero comprehendens concordat cum ipſorum digniore, in genere numero perſona & caſu: ac proinde hæc figura eſt quadruplex. 1. Syllepſis generum, ut *Zacharias eiuſq; uxor erant ambo iuſti.* Maſculinum quippe genus eſt dignius reliquis, cum res animatas denotant: ſed adjectivum vel relativum plurale ſubſtantivis inanimata ſignificantibus additum, in neutro genere ponendum. Pſalt. *Genus, ætas, eloquentia prope paria fuere.* 2 Syllepſis caſuum eſt cum unum plurale comprehendit nominativi & ablativi ſubſtantiva ſibi juncta. Virg. *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt.* Dic tamen. *Tu mecum gaudebis.* 3 Syllepſis numerorum eſt cum pluribus diverſorum numerorum ſubſtantivis additur unum plurale ea comprehendens. Virg. *Sunt nobis mitia poma caſtaneæ molles & preſſi copia lactis.* 4 Syllepſis perſonarū eſt cū verbum plurale diverſis perſonis additū, concordat cū digniore perſona: qualis eſt prima præ reliquis; & ſecūda, præ tertia ut *Si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus* Obſ. Tūc fit indirecte, cū perſona dignior exprimitur per cum. Vi. *Divellimur inde Iphytus & Pelias mecū.* 8 Zeugma cōtra ſeu jugatio eſt cum verbum vel adjectivum pluribus ſubſtantivis additum concordat cum uno eorum & fere proximiore expreſſe, & cum reliquis ſubaudite, & per reſumptionem communis proprietatis. Eſtque triplex.

1. Prozeugma, hoc eſt cum verbum, vel adjectivum pluribus ſubſtantivis jugatum concordat expreſſe cum ipſorum primo. Pſal. *Meſſis agros veſtiet, vites, oleaq́, colles, graminа campos.*

2. Meſozeugma, hoc eſt, cum verbum, vel adjectivum ponitur inter plura ſubſtantiva, & cum ipſorū

medio expreſſe convenit. Pſal. *O rector orbis indulgentia*
Munera terra fretum ſentit & aſtra tua.

3. Hypozeugma, hoc eſt cũ proprietas pluribus ſubſtantivis jugata ponitur in fine, & cũ eorum vltimo expreſſe cõcordat cũ reliquis vero ſubaudite. Pſal. *Me chari amici, me propinqui, me Pater me blanda mater liquerat.*

Obſ. Cum ſubeſt hic comparatio verbũ concordat cum remotiore ſi ſit dignius: in Sacris. *Omnes nos ut oves erravimus.* Si tamen ſint æque indigna verbum adhærere poteſt proximiori. Pſal *Sicut paſtor ovẽ me Dominus regit.* Obſ. Huc demum referri poſſunt hæ phraſes. Ter, *Paupertas mihi onus viſum eſt grave.*

Iam declarata Conſtructione orationis Latinæ,
Enarra eiuſdem reſolutionem Grammaticalem;

IN Reſolutione Grammaticali hic ordo tibi ſervandus eſt. 1. Particulæ exornantes orationem, & connexivæ ſententiarum obtinent reſolutionis initium, quales ſunt adverbia optandi, demonſtrandi, ſimilitudinis, & conjunctiones multæ.

2. Sume ſecundo loco vocativum ſi ſit, etiam impersonale verbum ſi adſit, et ſi illæ particulæ deſint, a vocativo ordire.

3. Tertio loco, ſume nominativum caſum cum dictione ab ipſa recta, vel ipſam declarante; et ſi præcedentia deſint, primo.

4. Poſt nominativum ſequitur ejus appoſitum verbum perſonale cum ipſo concordans.

5. Mox ſubjungatur verbo illi caſus vel modus, ab ipſo rectus, vel rectus a verbo impersonali.

6. Vltimo loco, reſolve dictionem, ab iſtis rectam, quia ſemper dictio recta, ſicut & declarans, in reſolvendo, immediate ſubjungeretur declaranti, & dictioni re-

genti; ni dictio recta fuerit relativa, aut interrogativa: a talibus quippe, etsi regantur ordienda est expositio sententiæ.

Obs. In resolutione, dictio quæq; subaudita exprimenda est, & supplendæ Ellipses: quales in singulis orationis partibus reperire est, & accurate prosequutus est Linacer, ut *Difficilia quæ pulchra*, sic resolve: *Ea quæ sunt pulchra, sunt difficilia*: *Hebræi sunt, & ego.* subaudi sum hebræus, *Ad normam huius resolutionis, ordina mihi hanc periodum Ciceronianam?*

Ea demum magna voluptas est, Crispe Salusti, æqualẽ ac parem verbis vitam agere? sic demum| O Crispe Salusti| voluptas ea| est magna| agere| vitam æqualem |verbis.

Resolve & hanc Psalmi XXXVII?

Ne livor urat æmulus te, si beatos videris pravos. sic, Livor æmulus| ne urat| te| situ| videris| pravos| esse beatos.

Distingue, & enuclea partes hujus sententiæ?

Ne est adverbium prohibendi, livor æmulus, sunt nomina, urat est verbum, te, pronomen, & sic de cæteris.

Quare livor, æmulus, sunt nomina?

Quia utraq; est dictio variata per numeros, & casus, significans rem. *Qualia nomina sunt?*

Livor est substantivum, quia verbo substare solet, & vulgariter cum nota profertur livor, *the envy*: æmulus. est adjectivum, quia substantivo adijcitur, & vulgariter sine nota profertur, æmulus *grudging*.

Da proprietates huius dictionis livor?

Est numeri singularis, casus nominativi, generis masculini, declinationis tertiæ, notationis derivatæ.

Redde rationem harum proprietatum?

Livor est singularis numeri, quia rem unam profert.

est

eſt caſus nominativi, quia reſolvi poteſt per *an*, or *the*: eſt maſculini generis, & tertiæ declinationis, quia tertia eſt maſculinorum in o,er,or, os, faciens genit. &c.

Iam urat quare eſt Verbum?

Quia eſt dictio variata per modos, & tempora ſignificans agere, pati, vel eſſe.

Cuius ſignificationis, ſeu generis verbi eſt?

Eſt activi, quia deſinens in o, producit ex ſe paſſivum, & in accuſativum nominis tranſit, *te*.

Quale verbum eſt urat, & cuius formæ?

Eſt perſonale, quia conjugatur per tres perſonas in utroq; numero: & eſt formæ prioris nempe in o.

Da proprietates huius verbi?

Eſt modi Imperativi, temporis preſentis, numeri ſingularis, perſonæ tertiæ, conjugationis tertiæ, notationis derivatæ, ab uro.

Redde rationẽ harũ proprietatum?

Eſt imperativi modi, per Reg. Imperativus tertiæ deſinit in e, at, vel ito &c. Et ſic de cæteris hujus, & aliarum ſententiarum Latinarum vocibus, juxta regulas, & definitiones Etymologiæ, conferri queat, eas diſtinguendo inter ſe, & proprietates cujuſq; ordine enucleans. Quod a puero, placidis & quotidie ingeminatis examinationibus, potius quam judicij proprij acumine (quod non niſi cum ætate adulto *in* ipſo viget) ut plurimum obtinetur. Proinde cum candore accedat quiſquis in præceptis prædictis difficultatem ullibi prætendat: quum hic Præceptoribus aliquid relinquendum, ſi revera doctores ſint; alioqui. frigebit Ars, & langueſcet profeſſio, ſi omnia nimis perſpicue, atq; ita prolixe nimium tradantur.

FINIS.

[illegible] cū ꝑti reuocati n[illegible]
[illegible]e genere nobili martiriū pas-
passio alio tpe potissimū reco
ꝓcōsuleis dixisset vt idolis im-
nullaten⁹ assentirēt. in carcerē
[illegible] videns pater ꝑpetue ad carce-
[illegible]urrit dicens. Filia q̄d fecisti. de-
gen⁹ tuuz. Nūq̄z aliq̄s de genere
cerē missus fuit. Cum aūt audissz
[illegible] esset. in eam impetu cū digitis ad
[illegible]rruit. ⁊ ei oculos eruere voluit. ⁊ ex-
[illegible]gressus est. Vidit aūt beata Per-
[illegible]nōi visionē quaz in crastino socijs
[illegible]it dicēs. Vidi scalam aureaz mira-
[illegible]dine vsqz ad celū erectā. q̄ adeo an
[illegible]t nō nisi vnus ⁊ paru⁹ ascēdere
[illegible]n dextera v̄o ⁊ leu[illegible]erant fixi cul-
[illegible] ferrei limati ⁊ ex[illegible]ati. ita vt ascē-
[illegible] se nulla[illegible]

[illegible]
me inimici dei mei qui[illegible]
dens v̄o p̄fectus eoꝝ ꝯstantiā diutissime v̄-
beratos ī carcere posuit. Sancti v̄o dū plu-
rimū mesti essent de felicitate que octo iam
mensibus pregnans erat ꝑ ea orauerunt. et
dolores partus subito in eā irruerūt. peperit
qz filiū viuū. Quidam v̄o de custodibus di-
xit ad eam. Quid facies cū ante prefectum
veneris. si nunc tam grauiter cruciaris. Re-
spondit felicitas Hic ergo ꝑ me patior ibi ꝑ
me de⁹ patiet̄. Extracti igit̄ de carcere. liga-
tis p⁹ tergū manibus ⁊ nudatis natibus ꝑ
plateas ducunt̄. Et dimissis bestijs Satir⁹
⁊ perpetua a l[illegible]nibus deuorant̄. reuocatus
⁊ feli[illegible]tas a leopardis come[illegible]ntur. Beat⁹
v̄o [illegible]aturninus gladio ca[illegible]te truncat̄ cir-
ca ān[illegible]os dommi. cclvj. sub Ua[illegible]riano ⁊ ga[illegible]